

AB

155003

11. 00

alte Nr. 424.

Tenatorius, Th.

in 6 weiterschritten

K. VII. 84.

UNIVERSITÄTS- UND LANDESBIBLIOTHEK
SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

**DE SOLA
FIDE IUSTIFICANTE**

**NOS IN OCVLIS DEI, THOMÆ
Venatorij ad Ioannem
Hanerum Epistola
apologetica.**

**ITEM
TESTIMONIA EX S. PA-
trum atq; Ecclesiasticorum Scriptorum
libris collecta, quibus probatur, quod
coram Deo, sola fiducia gratiæ
propter Christum sine
meritis nostris iu-
stificemur.**



**NORIMBERGÆ
Apud Gabrielem Hayn, Anno
M. D. LVI.**

THOMAS VENATO-
RIVS IACOBO A BARTHEN
Dantisco S.

ANtequàm Haneri liber in lucem prodijisset, planè nesciebam te tam peritum esse rerum Theologicarum. Prophetarum libros, legis item, & Euangelij, uideo te exploratos habere, adeò ut iam exercitatos habeas sensus, ad discretionem boni pariter & mali. Ex te enim iam primum uerum esse didici, quòd ex Italia rediens, dicere ingenuè quidem non uerebaris, alere scilicet hìc nos serpentem in sinu nostro, qui ueneno suo, nò tam mœnia nostra, quàm uniuersum quoq; (si contemnatur) Germanicum insicere queat orbem. Prætereate, tuosq; multo quàm nos, esse tustiores, quòd uos longius à contagione hac distitis, nos omnia proximè excipere oportere lethifera tela: ideoq; maturè obuiam eundum esse hosti, ut qui iam non eminus à nobis castra collocasset, sed cominus confligere etiam nobiscum coepisset. Hactenus tuam sententiam, quæ me, ut scriberem, impulit, recensui. Tu igitur, hac in parte, expectabis, Thomam tuum ut minime mordacem, ita maximè (ubi non offenditur ueritas) inimicum aculeatis scriptis.

Vale.

THOMAS VENATO-
RIVS IOANNI HANERO
S.



LIBRVM tuum, de prophetia
ueteri ac noua, in scriptum, in
manus cum accepissem, equidē
legere cœpi auidissime: arbitra-
bar enim ab amico ueritatis
profectum esse, ac ideo persuas
debam mihi, pleniora spiritus Dei contineri
in eo mysteria, atq; hactenus nō fieri præstitis-
sent: aut quod iuxta est, præstare nō potuissent.
Sed ò uanas hominum spes: quiduis offendo
potius, quàm quod sperabā. Nam expectanti
thesaurum mihi, carbonēs sese offerebant, ut
iam (si te sequar) maiori gloria carbonarius,
quàm Theologus dici queam. Non simulo,
quod uerum est. Nam quod ad te attinet, quę
dico, plus quàm ipse uelim, serij habēt. Video
studium fuisse tibi, unde quaq; ut corraderes,
quæ incentiua ignis non sancti nutrire, atque
adeo quæ excitatum iam pridem per princi-
pem mundi huius ignem, fouere q̄ diutissime
& possint, & debeant. Doleo uices tuas: & hoc
magis doleo, quod dolendum te minime cen-
ses. Nec, ut arbitror, risu excipiendus est hic
dolor meus. Etsi enim scire non possim, quid
in ipso conscientiaē tuæ recessu celes, tamen
quia charitas non gaudet de iniusticia, sed con-
gaudet ueritati, sortem tuam miseram, si per-
gam dolere, haud grauatim feres. Tu si meum

1. Cor. 13.

A ij

hae

hac in parte, consilium consernis, ac nō tam
uere dolentem, quā uera scribentem, explo
sum hinc uoles: quid putas doctissimi quique
& optimi, postquam librum exacte legerint
tuum, ac singula ubi ad ueritatis regulam ex
penderint, dicturi sunt: Ita proculdubio de te
pronunciabunt: pugnantia atq; uariantia tra
didisse, ac somnia scripsisse te magis quā uer
ritatis documenta. Quare in præsentia, ubi
mendacium impetere est animus, si quod a
marulentius exciderit uerbum, non equi
dem mihi, qui tuendæ ueritatis prouinciam
assumpsi: sed tibi, qui atrocitate calami tui, ips
sam non es ueritus conspurcare ueritatem, iu
re imputabis. Sed conduxerit ostendere nūc,
quā nihil eorum, tuus ille in recessu liber al
sequatur feliciter, quibus de alioqui tu in fron
te magnificis promissionem facis uerbis. Vos
luisti fortassis tibi ipsi satisfacere sexcentis illis
aculeatis Syllogismis tuis, in quibus abunde
multum est conuitorum: sed pauci solidis, &
non perperam adductis scripturis sunt com
muniti, imo nec ullus est, q̄ efficacibus nitatur
argumētis, tam sunt incerta omnia. Dic enim
mihi per ueritatem, quid aliud sibi uolunt, us
niuersa totius libri tui pronunciata. quā ut
iusticiam statuunt bonorum (ut uocant) ope
rum, contra basim salutis nostrę fidem: Certe
si nominis gloriam scriptis querere placebat,
id tali in genere sperare minime debuisti: cum
præsertim totius huius compositionis ratio, sic
abhorreat à uera scripturę interpretatione (ita
enim

em titulu[m] etiam fecisti libro) ut nihil absit pene
longius. Sunt, qui applausus vulgi quaesuisse
te dicant: atqui neq[ue] hoc pacto felix futurus es
diu, ut qui te imprudēter illis credas, qui quā
facile incognita probant, tam facile probata
rursus condemnant. Verum, ut coniecturis
assequi licet, operam tuam, adeoq[ue] & oleum
ipsum, quod isthoc pene perpetuo ocio tuo,
suauiter hic interim agens, insumpsisti, ostens-
tare placuit: atqui etiam hac in parte & opera
& impensa perijt tibi. Quinimo hic te pro-
dis, quā in foeliciter uersatus sis in sacris lite-
ris. Quod dico, ne quis in dubium uocari
queat, adductis huc tuis uerbis, haud difficul-
ter ostendam.

Itaq[ue] mox in ipso operis tui uestibulo, praes-
cipuum Christianae religionis articulum facis,
quo fatemur:

Verbum carnem factum esse, ac deinde sta-
tim contendis, quod in eo articulo, unicus res-
parationis nostrae, salutisq[ue] (sic ais) in super hu-
manae scopus discrete proponatur, adeoq[ue] qd[am]
summus fidei nostrae articulus sit: Credere De-
um patrem, Filium suum uerbu[m], ad nostram
salutem, nobis dedisse in carnem, ut is contra
spiritu suo, credentes in se expiet, atq[ue] in filios
adoptionis, ac coheredes suos obsignet, &c.

Hic scripta tua, Christum & summam &
caput faciunt salutis humanae, id quod uer-
re facimus & nos. Sed cur tu in sequentibus
alio respicis, quasi oblitus eorum omnium,
quorum hic magna cum laude mentionem

A iij

facis

facis. Quæ Furia dementatū te à Christo salu-
ris humane scopo auocat: aut quæ Siren in il-
los te semper steriles operum scopulos pel-
lexit, à quibus tibi reuera nullum unquam so-
lidæ foelicitatis fructum expectare liceat: Nos
libenter sentimus cum ecclesia sanctorum, &
si alioqui à te prudenter dissentimus. Quia es
nim alio fertur animus tuus, quàm in gloriã
Dei, & Christi sui, facis, ut etiam fides tua, in
his quæ bene adducis, suspicione non careat
apud pios. Sic Christus dæmonium auersa-
tur, nec sinit loqui, uel quod non amarent dæ-
mones ueritatem, uel quod nihil ad eos per-
tinebat beneficium Christi. Scio quid hic mihi
obstrepere queas, nempe: nihil tam esse abso-
lute scriptum, quod non possis uocare in dus-
bium: rursusquæ nihil esse tam oscitanter con-
fictum, quod non possis aliqua ex parte aut
defendere, aut excusare. Sed hic quæso te,
quomodo aut defendes, aut excusabis, quod
non solum oscitanter, sed & impie ex tam
longa disputationis tuæ serie colligis (sectione
de uera & integra fide) dicens:

Marci. 1.

- » Non enim in assumpta carne salus nostra
- » aut uita reposita est, (de carne Christi utique
- » loqueris) sed in uerbo, ac spiritu uerbi, adeoque
- » in sermone, quem ille loquutus est, & quem
- » hodie etiamnum ad cor credētium loquitur,
- » hoc est in mandato sancto Dei, per quod nos
- » ad conformitatem diuinæ uoluntatis, in qua
- » uera salus est, & erudimur, & instruimur.

Hactenus confessionem tuam, æque atque
scripta

scripta est, retulimus. Ipse hæc cum legerem,
in mentem uenit mihi, quod Tarsensis noster
alibi testatur, esse quosdam, scilicet, qui non
intelligent, quæ loquuntur, neque de quibus *1. Tit. 1.*
asseuerant. Digni profecto, qui excæcentur à
Deo: quorum e numero utinam non esses &
tu. Quis non uideat enim, quàm insigniter
cæcorū more, debaccheris in carnem Christi,
ut saltem, quod semel proposuisti tibi, iusticiam
statuere queas humanorum operum? Si tibi
ab una natura uilis est Christus, adeo ut neque
que salutem, neque uitam in eo tuto reponere
possis: nobis certe utrobique preciosus est,
& quatenus Deus est, & quatenus homo est.
Adoramus enim sublimem ad dexteram se-
dentem Patris, & eundem adoramus iugis-
entem in cunis: adoramus consputum, flag-
ellatum, crucifixum, mortuum, resuscita-
tum, & ut breuiter dicam omnia: Nos ad-
oramus integrum Christum, uerbum & sapi-
entiam Patris, neque ob eam sublimem æ-
qualitatem, humilitatem carnis, qua se deiecit,
ut nos redimeret, in mortem usque crucis,
prædicare cessamus, sed utrunque ex æquo
amplectimur, & exosculamur. Nec offendimur,
quod ait: Pater maior me est, neque *Ioan. 14.*
ob id uilescit nobis humanitas eius, quod
legimus: Ego & Pater unum sumus. Simis *Ibidē 16.*
lis est enim impietatis, siue ut Arrius æquali-
tatem cum Patre adimas CHRISTO, siue
ut Martion hominem illum neges. Vnde
propter Hypostaseos duarum naturarum
A ññ Iesu

Iesu Christi, unitatem, nō offendimur, si quis
dicat: Deum fleuisse, doluisse, consputum, co-
laphis cæsum, crucifixum, mortuū. Non enim
ita dicentes corrumpimus Hypostasis, quæ est
Iesus Christus, unitatem: quin potius duabus
manentibus naturis, unam fatemur filij Dei
personam. Quia enim spes nostra ex homine
pendet Deo, ita uerbum caro factum est, ut uer-
bum tamen in sua nihilo secius maneret sub-
stantia, & homo in sua natura: quæ quidem
non immixtione aliqua, sed societate quadam
(ut ita loquar) unam nobis Filij Dei confitem-
dam præbent personam. Hæc cum ita sese ha-
beant, qua fronte negare audes, nullam in car-
ne Christi repositam esse salutem? Si uerum
est, quod hic affirmas, perdita ergo erit passio
Christi, & per consequens: Resurrectio Chris-
ti nihil contulerit nobis. Si porro inanis est
resurrectio carnis Christi, inanis etiam fuerit
prædicatio Apostolorum oportet, quemad-
modum Tarsensis noster, in priore ad Corin-
thios epistola copiose argumentatur. Quam
non sis igitur feliciter uersatus in sacris literis,
uel hoc uno axioma te palam fecisti: quod qui-
dem à te quia intempestiue, neque item apte
adductum est: omne merito totius structuræ
tuæ fundamentum dissoluit. Labet nunc uel
leuiter ostendere, quam longe ab sis' ab ea salu-
tis parte, qua mortalium genus, in oculis Dei
iusticiam consequi posse contendimus. Nam
quod tu ex epistola ad Corinthios priore, pro
confirmanda operum tuorum iusticia, colligis:
Charis

2. Co. 15.

Charitatē scilicet longe fide maiorē esse, tam
nō assequeris mentem Apostoli sancti, quā
quid fidē uocemus, hactenus ignoras: si enim
de fide loquentes nos capere potuisses, haud
quaquam profectō inferres, dicens:

Proinde non sola fide, ut hodie desipiunt
quidam, sed per spiritum ex fide, spem iusticiæ
expectamus. Gal. 5. Hocce locos scripturæ, es
moriar, si recte intelligis, id quod in sequentis
bus palam facere non grauabor, modo quæ
dam hic attingam alia prius. Passim per totū
librum tuū de iustificatione actiua & passiuā,
ita enim fidem uocas & opera, multa ingemi
nando, ac sæpius subinde repetendo, adducis,
sed quæ sint ipsi, ut uocant, Gerris Siculis uas
niora. Si pro patria, pro amicis, pro cognatis,
adeoq; si pro diuitijs in pugnam descendis
ses, non nihil laudis apud mundum sapientes
sperare licuisset: hæc enim perinde sunt (ut Co
micus ait) ut illius animus, qui ea possidet.
Atqui laude dignum te quis putauerit, qui &
neruis & uiribus uniuersis contendere per
tinaciter quidem pergis, ut contra gratiam
Dzi laudem obtineas humanorū operum, nēs
pe ut contemptor uidearis gratiæ, more Pe
lagianorum: utq; meritum arbitrii humani
aduersus Christum statuere queas, id quod ca
put est, & summa totius libri tui: Nunc primū
uerum esse comperi, quod dixit quidam: ani
mus, ubi semel sese cōtra Christū mala aliqua
cupiditate deuinxerit, necessario consimilia se
qui consilia. Tu eadem faciēdo, non intelligis

A V

interim

interim, quanto periculo salutis tuæ, tantam
mediteris impietatem. Hocine erat æquum,
iuxta consilium capitis tui, aliquid esse, aut ni-
hil esse Christum? Sicollatum mundo benefi-
cium Christi cognoscis, impudens merito dis-
ceris, atque adeo in conscientiam propriam
crudelis, qui audeas salutis humanæ caput,
non uni Christo acceptum referre. Si credis
Christum esse iusticiam nostram, ut alibi tes-
tatur Apostolus, cur in contumeliam ipsius
accersere studes aliam iusticiam, quæ immun-
dicia sua adeo nos nō commendat oculis Dei,
ut eam panno potius menstruatæ non erubue-
rit Propheta sanctus comparare? Aut igitur
reiecto beneficio Christi per sola opera spem
iusticiæ cum Phariseo frustra expectabis, aut
omni prorsus spe operum destitutus, per so-
lum & unicum spiritum ex fide Christi, apud
Deum cum Publicano, iustus haberi uelis.
Non patitur hac in parte consortium Chris-
tus. Iustos ab iniustis, non operum specie,
sed fidei sinceritate discernit Ecclesia Christi.
Iustus enim ex fide uiuit, non ex operibus. Tu
gratiam iustificationis non gratis, sed secun-
dum merita nostra dari nobis contendis, idq̃
nisi statim concedatur tibi, cœli ipsius fores
tutæ posthac futuræ sunt minime, quinimo
& Christum ipsum eminus, cominusq̃ im-
petere ausis, donec acceptam semel a Deo,
iudicandi illi eripias potestatem. Quod si
uera sunt, quæ dicis, tu proculdubio, aut pas-
sam es iniquus, aut simulanter iustus, eritq̃
&

1. Cor. 1.

Esai. 64.

Luc. 18.

Abac. 2.

Rom. 1.

1. Cor. 10.

Gal. 3.

Hebr. 10.

& hoc & illud abominabile in conspectu Dei
nostri. Qui enim palam non iniquus es, qui
iusticiam in oculis Dei, ex operibus metiris.
Scriptum est: Non est iustus super terram, qui
faciat bonum, & non peccet. Sed dices mihi: *Psalm. 141.*
Palam iniquus non sum. Quid hoc ad iustis *Rom. 3.*
ciam ueram? An qui simulanter iustus est, inis-
quus non est? Alioqui quomodo Christus in
Pharisæos, iusticia operum tumentes, toties
zelo Dei ductus, stomachatur? Nos profecto
satiatus esse ducimus, ultima citius experiri om-
nia, quam prætextu cuiuscunque in speciem
boni operis, pati fidei iusticiam eripere nobis.
Primum enim si iusticiam operum iræ Dei
opposuerimus, merito arrogantissimi futuri
sumus, ut qui non in unam duntaxat Dei nos-
tri misericordiam lumina nostra figamus, sed
aliò respicientes, auocare nos à misericordia
sustineamus. Maledictus, ait Dominus apud
Prophetam, qui confidit in homine, & ponit *Hiere. 17.*
carnem brachium suum, & à Domino recedit
core eius. Dicta sunt hæc, olim de Iudæis, qui
operum fiducia inflati, iusticiam fidei minus
curabant. Quid enim est confidere in homi-
nem, quam iusticiam ponere in operibus, ac
deoq; in uiribus illis liberi arbitrij? quemad-
modum Iudæi auxilium sperabant ab Ægypti-
ijs & Assyrijs. Debemus quidem agere, quod *Gal. 6.*
bonum est erga omnes, maximeq; erga do-
mesticos fidei nostræ: at fidei, speiq; nos-
træ anchoram in hisce operibus collocasse,
hoc demum in blasphemiam misericordiæ
Dei

Hier. 17.

Luce. 17.

Dei cedere, sufficienter equidem ostendemus. Solus enim benedictus (ac ideo iustus coram Deo) uir, qui sperauerit in Domino, quiq; Dominum posuerit fiduciam suam. Equibus ita colligo: Tantum decrescere ueræ & solidæ in Dominum fiduciæ, quantum in opera ipsa animus fertur operantis: ac ideo tantum benedictionis spiritualis, ac ueræ iusticiæ, necessario consequi nos, quantum fidei ac fiduciæ ueræ in Dominum posuerimus. Iam ut maximè donemus benè operandum esse, quemadmodum etiamnum hodièq; urgemus, tamen euentum salutis nostræ, ubi ex operibus æstimauerimus, incertum esse pronunciemus oportet. Neque enim est inter mortales quisquam, si Christum excipias, qui caput legis (præceptū dico dilectionis) iuxta mentem Dei, plene adhuc attigerit, ut illud obiter contemplandum proposuerim tibi. Video enim agnoscere te quoq; reliquias peccati, etiam in his, qui iusti habentur apud Deum per fidem: easq; non penitus hic aboleri posse, sed manere, donec scilicet per non imputationem uel deleantur, uel contegantur misericorditer à Deo. Vnde dilectionis mandatum, ut primum est & maximum, ita nemo ad sublimitatem eius, siue ut cum alijs dicam, arduitate ascendit unquā. Manētq; ideo omnes homines imperfecti, iniuqui, uel ut Christus uocat, serui inutiles. Ita enim scribis sectione, de iusticia fidei.

Non quod nos peccatum nullum habeamus: qui enim dixerit se peccatum non habere seipsum

seipsum fallit, & in eo ueritas non est, sed ut peccatum minime committamus, & cætera quæ sequuntur.

Ex quibus uerbis, arbitror manifestum est, quàm nō intellexeris hactenus, aut quod iuxta est, intelligere nolueris, quid nos fidei nomine tanto studio prædicemus: ac ideo frustra desudat hic labor tuus, cum agere queas nihil, præter inanes excutere culmos. Ad hunc modum alio quoque loco argumentaris: quod opera sanctorum, tantum secularis sanctitatis habeant (ita scribis) quantum illis fidei desit. Vbi te oro, si opera eatenus munda & sancta sunt, quatenus fidei donum accesserit, & eatenus immunda sunt, quatenus fidei mundicia destituuntur: qua fronte audes dicere, nō solam esse fidem, qua iustificantur fideles in oculis Dei. Scio quid hic obijcias: nempe fidem non irritam facere nos per opera, sed stabilire. Sed hoc nondum negauimus, imo quatenus fieri potuit, ut operibus bonis, in patriam appellerent nostri, hortari & admonere haud unquā cessamus: sed primas, ut sibi uendicarēt opera, id quod tu contendis, tã non docuimus, quàm quod à fiducia operum nostrorum, tanquam à Circes poculo, ac præsentissimo salutis nostræ ueneno penitus abstinendum duximus. Ferenda essent quædam dicta tua, modo in loco essent dicta: sed quia recta ad extenuandã fidei iusticiam diriguntur, recte à nobis in præsentia refelluntur, ut solius fidei iusticiam, ablata omni prorsus bonorum operum fiducia, statuamus.

Roma. 3.

statuamus. Neque enim ulla sunt opera nostra,
quæ non indigeant Dei gratia. Sola ergo fi-
des, qua credimus remitti nobis peccata pro-
pter Christum, iustificat. Opponit enim talis
fides iræ Dei, non opera quantumuis bona,
sed apprehensum per diuinam promissionem
mediatorem illum Christum. Ita Apostolus
Rom. 3. scribit: Iusticia Dei per fidem Iesu Christi in-
4. omnes & super omnes eos, qui credunt. Et
consequenter de Abrahamo longa disputa-
tione disserens, tandem totius disputationis
sux statum facit: Iusticiam esse per fidem in
Christum. Si enim, ait, Abraham ex operi-
bus iustificatus fuit, habet quod gloriatur, at
non apud Deum. Quid enim dicit scriptura?
Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei
ad iusticiam: hoc quid est aliud, quam exem-
plo Abrahamæ reliquos quoque homines iustos
pronunciari apud Deum, fide scilicet, & nul-
lo alterius operis respectu? Quemadmodum
& David explicat beatitudinem hominis, cui
Deus imputat iusticiam absque operibus: *Bea-*
Psal. 32. *ti,* inquit, *quorum remissæ sunt iniquitates,*
& *quorum tectasunt peccata.* Beatus uir, cui
non imputabit Dominus peccatum. Et hic
haud obscure uidemus, quæ sit iusticia cre-
dentium in oculis Dei, nempe ipsa iusticiæ im-
putatio. Nam si ex nobis, aut ex operibus nos-
tris uera esset iusticia, inanis esset promissio
Dei: atqui per iusticiam fidei promissio hære-
ditatis contigit Abrahamæ, & semini eius. Atque
hic iterum uides (ut breuiter dicam multa) quod
nemo

nemo possit esse innocēs, ubi nō imputauerit
iusticiam nobis Deus. Porro in opera nostra
si oculum mentis nostræ defigimus, quis elabi
queat, ut non fateatur se commeruisse pœnā?
Sapiens dicit: Quis potest dicere, mundum est
cor meum, purus sum à peccato: Vtq; non est
homo in terra, qui faciat bonū, & non peccet.
Quir putas hæc scripta sunt, nisi ut spiritus
sanctus omnem prorsus operum nostrorum
fiduciam adimeret nobis: adeoq; ut reliquias
maliciæ nostræ ob oculos nobis offunderet:
utq; credamus promissionibus diuinis, quæ
plurimæ sunt, quod per unā fidem in Christū
contingat nobis & salus & uita æterna? Non
dehortamur eos, qui sponte rapiuntur ad ho
nesta, imo excitamus tales sæpe, ut fortius fe
rantur ad uniuersa sanctæ charitatis officia,
palamq; faciant ueram illam, quam per fidem
assequuti sunt iusticiā, toti simul, si fieri queat,
mundo, Christum in hoc haud illibenter audi
entes, qui dicit: Sic luceat lux uestra coram
hominibus, ut uideant uestra bona opera, glo
rificentq; Patrem uestrum, qui est in coelis.
Ad quod tu mihi occinis: Igitur iustificatio
non solæ fidei, sed & operibus fidei tribuitur,
ita scribis enim sectione de bonis operibus in
calce, ac deinde de iustificatione agēs, non pau
ca ad eandem sententiam colligis. Et rursus
sectione de fide antiquorū Patrum, ex cap. ii.
epistolę ad Hebr. magno supercilio concludis,
fidē Patrum nō nisi per opera perfectā fuisse,
dicisq;: Consequens ergo est, & fidem opera
atq;

Prou. 20.

Eccle. 7.

Matth. 5

30 atque e' diuerso opera fidem iustificare. Et mox
 31 sectione de fide operibus coniuncta: Nam æ
 32 que (ais) atq; opera fidem perficiunt, ut integra
 33 sit: ita contra, fides adiumento est operibus.
 34 Et rursus: Certam (inquis) fidei iustificationē
 35 opera absoluunt. Iterumq; ab operibus crea-
 36 tis haud sapienter colligis, dicens: Quemad-
 37 modum in operibus creatis proliferationes
 38 mutuae sunt, &c. ita fides progignit opera, ita
 39 opera rursus prolificant fidem. Et hæc, & his
 similia ita adducis, quasi nos omnem honestæ
 uitæ actionem iacesserimus, quasi fidem nos-
 tram rem prorsus inanem faciamus: ideoq;
 dignos putasti, quos odio exponeres mun-
 do, quasi qui neq; celo, neq; terra simus iam
 digni.

Iuuenal.
 Saty. 13.

Te autem delicias extra communia censes
 Ponendum, quia tu gallinæ filius albæ,
 Nos uiles pulli nati in foelicibus ouis.
 Dic queso per impudentissimā buccam tuam,
 quid nobis toties eandem cantilenam occinīs?
 Iustificationem quæ est per solam fidem mis-
 sericordiæ Dei, non esse ueram, ac ideo iustifi-
 cationem operū longe præcellere, iustificati-
 onem fidei. Etenim ita scribis, sectione de iustifi-
 catione impij.

30 Iusticiæ cultus (inquis) simul cum peccati
 31 remissione, longe supra solam remissionē est,
 32 ita quoq; secunda illa, quam diximus, iustifi-
 33 catio, longe certe primam præcellit, &c. Hæc
 est perpetua illa Matæologia tua, ut cum libeat
 fidei donum prædices, rursusq; cum libuerit
 eleues,

eleues, ac omnino prosterñas. Hoccine est
Theologum agere, usurpare tibi quod nunquam
acceperis: ædere in lucem, quæ nunquã
didiceris: sic ineptire, sic ludere, & in rebus fidei
nostræ falsa pro ueris, pugnantia pro solidis
defendere? Quanquã quid attinebat tantam
huc ex libro tuo protulisse copiam, cum facile
ab unius experimento reliquorum facere pos-
simus coniecturam? Tu quia frontem nactus
es meretricis, parum ducis nunc calidum nunc
frigidum ex ore tuo spirare, modo quod pro-
posuisti tibi malum, clam maneat incautis: &
quo facilius inescati dulcedine fraudis oculis
ræ simplices capiantur. Atqui tibi prospiciens
dum o. Hanere, fuerit diligenter, ne dum reli-
quam congregationem, secundum unius aut
alterius admiratorum tuorum sensum, sapere
putas, decipiaris. Gustus nõ idem est omnibus
Quibus uere dulcis est misericordia Dei, ama-
ritudinis tuæ hamum nunquam sunt gustas-
turi, tantum abest, ut nocentem cibum admit-
tant. Nos paulo ante ostendimus ex Apostolo
Paulo, Abrahamum, quia crediderit, iustifica- Rom. 4.
tum esse à Deo: & si alioqui haberet etiam, un-
de merito ex operibus gloriari posset, sed
apud homines duntaxat, non apud Deum:
quæ enim est gloria hominis apud Deum, si
fidem adimas illi promissionum Dei? Tu ho-
mines iustos fieri ac reputari apud Deum ope-
rum respectu censes? Quid paleis ad triticum?
Dicere, respectu bonorũ operum iustos pro- Hiere. 23.
nunciari nos coram Deo, quid aliud est, quàm
B quod

Ezech. 13

quod olim Pseudoprophetae suum ipsorum
spiritum sequentes, cum nihil aperuisset illis
Deus, dicebant: Pax, pax, cum non esset utiq;
pax. Sed quid dicit Dominus ad Prophetam
suum? Eo quod deciperint Populum meum,
dicentes: Pax, pax, & non est pax: & ipse ædifi-
cabat parietem, illi autem liniebant eum luto
absq; paleis. Dic ad eos, qui liniunt absq; tem-
peratura, quod casurus sit. Hæc obiter indica-
re primum libuit, ut deinde liberius nostra
confirmare liceret, quæ ut sunt constantissi-
ma ac solidissima, ita ad nullius impietatis oc-
cursum trepidare solent. Te autem qui sequun-
tur errantem à veritate, naufragium facere fidei
dei nō dubitamus, id quod & ratio esse possit,
ut præsentem ordini coeperim defensionem.
Etsi enim nunquam contentio si personam in-
duerim hactenus, semperq; tamen, ne calamum
meū intemperantius stringerem in quenquā,
hodie tamen, ubi veritatis ratio discutitur, si
hostiliter te atrociterq; in agro dominico graf-
santem nō represserimus, iure equidem seuerè
à Christo iudicabimur. Porro in hoc confli-
ctu, ubi tu veritatem mendacio longe facis in-
feriorè, ego duce Christo, acceptaq; panoplia
spiritus Dei, uniuersam illam armaturam tu-
am, in qua cōfidis, auferam tibi, uel dum ictus
tuos euita uero sapienter, uel dum captum te
euicero fortiter: alioqui nullam à me expecta-
bis cruentam pugnam. Satis præclara est ui-
ctoria, qua teste Christo triumphat uictor.

Itaq; obfirmare iam nostra incipiam, simul

ac

ac tua adduxero, in quibus confisus tu, nō se-
cus atq; sub Achillis clypeo delitescens insul-
tas nobis, ceu te nullus laessere ausit Hector.
Verba raunionis tuę, ubi sectione de errore
(sic uocas fidei prædicationem) eorum qui
solam fidem prædicant, agis, hæc sunt:

Væ ergo (inquiens) his, qui fidem nostram
in ludibrium, disciplinam autē Christianam
in publicam morum corruptelam uerterunt,
sua peruersa de fidei iustificatione doctrina:
per eam certe nihil aliud quam meram licen-
tiam carnis, adeoq; nil aliud quam uelamen
maliciæ docentes.

Et cætera quæ in eadem sectione sequuntur,
non minus impia quam uana. Ipse animus
profecto meū nunquam induere potuissem,
neque ullus item mortalium fidem mihi fecis-
set uerbis, nisi experimento libri tui didicissem
talem esse te, qui prorsus omnem scilicet exue-
ris pietatem. Tu enim quomodo pius es, qui
ceu uoto aliquo obstrictus, recta pergis aduer-
sus hoc, sine quo frustra salutem sibi promit-
tit amplissimum hoc mortalium genus? Des-
prauare synceritatē uerbi Dei, ut illam huma-
norum operū fiduciam indoctis ac stupidis
tuis a sinis persuadeas, quid aliud est q̄ obscu-
rare gloriam CHRISTI: ut interim non
dicam, quam odiose nos traduxeris, ac con-
uicijs conspurcaris. Sentis tu uicissim, ni fal-
lor, quid hic dicere queam, si stomacho indul-
gere potius q̄ ueritati patrocinari uoluisssem.
Quare aliò respicit in præsentia animus meus,

B ñ

„ Hanc
„ riana
„ disputa
„ tionis
„ status
peruer-
sam esse
doctrinā
de iustifi-
catione fi-
dei, quod
ea operi-
bus bonis
nullū iu-
stificandi
locum re-
linquit in
oculis
Dei.

non quidem ut reclamationem meditetur,
sed ut defensionem paret, id quod operosum
minime fuerit mihi, ob eam potissimum causam,
quod rationem propositi mei esse sciam
ex Deo. Quocirca primum ostendemus, quid
fidei nomine potissimum intelligant pñ. De
inde quid uere hominum iusticia sit in oculis
Dei, & quis nam iustus dicatur, adductis scrip-
turis sanctis, & rationibus probabilibus, doc-
cebimus. Illud autem tanta luce facturum sum,
ut uel parum æquus iudex intelligere possit,
nos ne latum quidem (ut aiunt) pilum a uere
pietatis regula recessisse, a qua te abesse plus
quam dis dia pason haud uanis exploratum
habemus indicens. Etenim nisi hoc in presencia
faciam, dogma tuum pestilentissimum non
nihil officere gloriæ Christi uidebitur. Ideoque
ipse in gloriam Christi, illud quicquid est las-
boris tandem, libenter equidem infamperim.
Nam in nostram uitam, quod micronem cas-
lami tui inique constrinxeris, dissimulandum
hic interim censuimus, iuxta regulam magis-
tri nostri, qua docemur: Benedicere maledi-
centibus nobis. At quia & doctrinam spiritus
Dei in nobis carpere, atque adeo delegatum no-
bis Euangelizandi munus proscindere, tradu-
cere uolueris: id tandem si defendere apud
Ecclesiam nostram neglexerimus, non tam
indecorum, quam impium etiam existimaui-
mus futurum. Neglectis igitur criminationi-
bus tuis, lethales animi tui morbos ob oculos
tibi ponentes, breuiter & dilucide explicabis
mus

LUC. 6.

ii 8

mus, quæ nam te tuosq; à gloria Dei & benefi-
cicio Christi remorantur, ut agnita ueritate
intelligent credentes, quàm inique tuus iste
liber in nos debacchetur. Nunc quæ fides nostra
qualis doctrina, paucis accipe. Nos sola fide
accipere à Deo confidimus omnia. Sola fide
iustificamur à peccatis. Sola fide salutem cons-
sequimur, & uitam æternam. Hic scio, quàm
ægre sit animo tuo audire, quod ubique adij-
ciam: **SOLA FIDE.** Hæc particula **SO-**
LA, te male habet. Sed bono sis animo, ac te
si fieri queat, docibilem præbe Deo. Nō sunt
diuersa: Fide iustificamur, & Sola fide iustifi-
camur. Nam uera in oculis Dei iustificatio ut
nihil operū includit, ita omnes prorsum in-
fusus illos habitus, unā cum uniuersis creatis in
nobis qualitatibus excludit. Non unam itaq;
duntaxat aut alteram nouæ qualitatibus partem
excludunt fideles, sed neq; in ipsis simul uniuersis
nouitatis suæ qualitatibus confidunt, quod
certo sibi persuaserint salutem, ad eorū remissio-
nem peccatorum, illis qualitatibus nostris,
relicta fiducia misericordiae Dei, minime des-
beri. Nam fides uera, cui nos tantum tribuimus,
aliò respicit, quàm in qualitates ullas ho-
minū, siue illæ insint nobis à natura, siue illas
condiderit in nobis Deus: quas obeā causam
spirituales merito adpellamus. Itaq; si nescis
Hanc, uocabulum fidei apud Apostolum
Paulum & Prophetas, nō significat fiduciam
bonorum operum, sed reuera fiduciam inclu-
dit alienæ rei, nempe misericordiae Dei. Hæc

*Sola fides
omnia ha-
bet à Deo*

B iij

fides

fides ablegat omnē penitus fiduciam cū qua
litate, tū operum humani cordis. Hac prædi-
catione (ais) arcere nos Populū bonis (ut uo-
cant) operibus: quasi uero hi simus, qui omnē
cupiamus humanitatem extinctam, cum nihil
magis in uotis interim habeamus, q̄ ut recte
ad uerbum & regulā pietatis aliquando ince-
dere uideamus Ecclesiam Christi. Verū nos
ante omnia, exemplo Apostoli fidem semper
maximifacimus, eāq̄ solam esse, qua in portū
tranquillitatis appellere queant contritæ alio-
qui ad peccatum conscientia. Deinde nunquā
non etiam ad honestæ uitæ actionem, adeoq̄
ad uirtutem & bona opera hortamur audito-
res: hæc enim esse, quibus documentum fidei
sua præbere debeant, tanquam fructus & tes-
tes internæ iustificationis. Habes iam, quate-
nus bona opera urgemus. Sobrie enim & pie
& sancte uiuendum esse censemus in hoc secu-
lo. Quid hic inuenit cōuiciatrix tua lingua, cen-
sura dignum? Non potes non uidere, quid hic
ego tibi uicissim occinere possem, si bilis pos-
tius quam ueritatis esse maluissem studiosior.
Sed nolo causam nostram criminatione lōga
eleuare apud parum cognoscentes beneficia
Christi. Tu certe statum assertionis nostræ,
quam Christus inuitis Dñs gentium, per nos
infirmam misericordiae suæ uasa, tutari uoluit
hactenus, hoc minus intelligis, quo longius
abes (abes aut̄ quam longissime) a cognitione
ueritatis, quæ est ipse Christus. Sed dic quæso
mihi rursus per genium tuum, quis unquam
in

in nostris negauit bene operandum esse Chris-
tiano uiro. Longe aliud est, quo de cōtrouersia
nobis cum Phariseis, quam tu somniare
queas. Illis enim tecum contendentibus pro-
nunciari nos iustos bonorum respectu operū
coram Deo: nos contra constantissime per-
negamus: eamq̄ potius solam ualere iusticiā
in oculis Dei docemus, quæ gratis per fidem
promissæ gratiæ Dei in Christo, conceditur,
imputaturq̄. Et hæc docentes, adiungimus uer-
bum Euangelij, uerbum pacis & boni, fausti-
q̄ nunciū, quo afflictæ & confusæ ad peccatum
conscientiæ, in spem rursus erigantur, appre-
hendendo illam toties nobis promissam pec-
cantibus & redeuntibus misericordiam Dei in
Christo. Et ut præterea nihil dubitent certam
esse promissionē Dei, sedulo equidem docere
studemus. Quia enim bonus est Deus, quod
misericorditer promissit, dabit: & quia omnis
potens, nihil illum remorari poterit, quo mi-
nus promissam misericordiam præstare queat.
Itaque certa est misericordia, quam Euangeliō
nobis annunciat: & quidem non solum certa,
sed & gratis nobis confertur, nullo utiq̄ res-
pectu bonorum nostrorum: sed propter unum,
qui est mediator Dei & hominū, homo Chri-
stus Iesus. Quod dico, palam faciam sacrarū
scripturarum calculo. Apostolus ait: Iusticia
Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super ^{1. Tit. 2.}
omnes eos qui credunt. Non enim est distinc-
tio. Omnes enim peccauerunt, & destituuntur ^{Rom. 3.}
gloria Dei, Iustificantur autem gratis

per illius gratiam, per redemptionem, quæ est
in Christo Iesu. Et mox deinde, ut in superio-
ribus quoque dictum est, fortiter urget idem A-
postolus noster: ideo gratis iustificari nos, ut
firma sit promissio Dei, quæ alioqui incerta
videri possit, ubi ex operibus nostris penderet
vitæ & salutis nostræ hæreditas. Vnde sapien-
ter faciunt credentes, qui neque dignitate sua
efferuntur, tanquam ex operibus iusti habere-
rentur coram Deo, neque item indignitate sua
animum bene sperandi deiciunt, sed semper
magis magisque in promissam gratiam intenti,
soli se beneficio Christi iusticiam ueram con-
sequi certo sibi persuadent. Nam qui non fidit
promissioni, præterquam quod dubiam reddit
conscientiam, cum peccato & ira Dei luctans
tem, etiam non firmam facere conatur pro-
missionem Dei, id quod impietatis fuerit indici-
um. Proinde te, tuosque nihil moramur, quos
tantopere offendit particula SOLA: quis non
uideat enim, etiam si omittatur SOLA, dica-
musque simpliciter cum Apostolo: Gratis nos
iustificari per fidem, sine omni prorsus bono-
rum operum respectu, adhuc assertionem no-
stram stare, nec uno pilo factam infirmio-
rem, imo ipsa ueritatis ratio id ut colligamus,
nos compellit. Si enim dicas: Non gratis
imputari nobis iusticiam, sed merito operum
bonorum consequi, tam manebis procul du-
bio incertus salutis tuæ, quam quod manda-
to Dei sancto satisfacisti nunquam. David
Propheta Domini sanctus, ac item Apostolus
Paulus

• Paulus, testatur: eum solum esse beatum, cui Dominus non imputauerit peccatum. Tu, quod Propheta & Apostolus astruunt, impie pernegas. Ira enim scribis sectione de sanctificatione nostra:

Sufficit (inquiens) forte his corruptionis magistris, & seruis peccati, si recta sint illis peccata, aut remissa etiam, & quod forte non imputentur amplius: nihil interim solliciti, qualiter affectus in carne superantur, qualiter facta corporis mortificentur, qualiter denique lex peccati in membris omnino aboleatur.

An quaeso hi, quorum Deus peccata contextit, & quibus ea remisit, ira ut eis posthac non imputentur, serui sunt peccati? an nescis, quod ait Apostolus: Qui seruus est peccati, liber est à iusticia. Atqui nos iusti sumus in oculis Dei sola gratia misericordiae ipsius, qua nobis non imputari peccata confidimus: quomodo igitur serui sumus peccati? An non liberi sumus à iure peccati & mortis? An dormiunt nostri, dum affectus carnis sub potestate ut ueniant spiritus, sedulo incumbunt? An ulla facta corporis minus strenue mortificare student? An lex peccati in membris adhuc eorum ut aboleatur, solliciti non sunt? Profecto non ignorant perpetuam esse carnis cum spiritu pugnam, ideoque inhabitans in eis peccatum haud eos latere potest. Interim tamen neque hoc ignorant externum illum hominem

B v

nem

Roma. 6.

Gala. 5.

Roma. 7.

nem quandoque corruptioni obnoxium, in
 ternum autem renouari in dies singulos. Vnde
 de hic interim humiliter dicunt Deo cum Ec-
 2. Cor. 4. clesia Sanctorum: Dimitte nobis debita nos-
 Matth. 6. tra. Iterumq;: Non nobis Domine, non nos-
 Psal. 113. bis, sed nomini tuo da gloriam. Et illud: Si
 Psal. 129. iniquitates obseruaueris Domine, Domine
 quis sustinebit? Quinetiam uniuersi publice,
 & priuatim singuli orando dicunt: Non intres
 Psal. 142. in iudiciū cum seruo tuo: & rationem oratio-
 nis suæ subijcientes, quia (inquiunt) non iustis
 ficabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Hic
 audis nimirum, quam omnes Sancti deprecen-
 tur iudicium Dei. Quid enim iusticiæ operū
 tuorum obrudes conspectui diuino? Quam
 sibi putas animus tuus concipere spem queat,
 ex illa toties à te laudibus iactata, iusticia acti-
 ua: idq; in conspectu Dei, qui utique bonorū
 nostrorum non est indigens. Bonorum meo-
 rum non indiges (ait Psaltes sanctus) in te spe-
 Psalm. 15. rari, conserua me Domine. Nunquid igitur
 Propheta David & Apostolus Paulus corrup-
 tionis tibi erunt magistri, & serui peccati, à
 quibus inducti nos, mordicus tenemus hanc
 nostram de sola fide iustificante assertionem?
 Certe si nos corruptionis magistri sumus, iux-
 ta sententiam tuam, nō minus corruptionis
 magistri fuerint Propheta & Apostolus: quod
 illos in hac parte haud illibenter habeamus,
 & sequamur magistros, dum illorum & mens-
 tem & sensum, tanquam Discipuli, pro sua
 quisque uirili portione exprimimus. Etenim

illi quod scripserunt, non ab hominibus, sed
ab ipsomet Spiritu Dei accipientes, tradiderunt
nobis, ut iam hæc ignominia tua, qua
delegatam nobis Euangelizandi prouinciam
afficere gestis, non tantum gloriæ nominis
nostri officere possit, quantum ad blasphemiam
spiritus Dei accedere uideatur. Iudæi
olim, quia opera Dei in Christo, Principi
Dæmoniorum adscribebant, digni Deo uisi
sunt, qui eo cæcitate perducerentur, ut non
nisi pauci ex eis aspecturi essent lucem Euangeli-
cam. Tu solem iusticiæ Christum, qui factus
est nobis à Deo iusticia, ut operum bonorum
meritum statuas, obscurare conaris, uisq;
ob eam nihilo secius causam uocari Magister
ueritatis. Lucifer æqualitatem affectans
Dei, in eam cum asseclis suis relegatus est ca-
lamitatem, unde nullam posthac promittere
sibi queant manumissionem. Adam à serpens
te Diabolo persuasus, ut Dñs perinde non
esset futurus inferior, in quam non miseriam
coniecit & se, & uniuersam simul posteritatē
suam. Tu tanto illis es minor, quanto minoribus
æqualitatem Dei affectas tibi. Adhuc
operibus illis bonis tuis tribues, quod uni
acceptum ferre conuenit misericordiæ Dei.
Quæ erit igitur ulla Dæmonum calamitas,
qua te post fata non iure ob id dignum censeas.
Quæ miseria primo illi inflicta Adamo,
quæ te iure non perpetuo maneat.

Nam prius Oceanus Siculam uertetur in
Ætnam,

Quam.

Quam te destituat pereuntis poena ruinae,
Quam te non maneat atri iura horrida
Ditis.

Hæc fortassis duriora esse clamitabis, quam
quæ meam deceant modestiam, ac tuus stilius
mereatur. Ego uero ubi atrocitatem stili, cri-
minisq; tui magnitudinem intueor, omnia
mea longe esse infra tuam arbitratus sum cri-
minationem, ut qui non homines tantum,
sed ipsum quoq; Dei nostri numen conuictis,
studio quasi quodam incescere uolueris. Nam
perperam nos sentire de Christo, de fide, esseq;
nos extra ecclesiam, ad Ducem Georgium,
Principem illum uirum, in Epistola dedicati-
ria, scribere non erubuisti. Quæ contumelia
non tam in nos, quam in caput Christi resun-
dat. Nos quia cum Apostolo Paulo Christi-
um prædicamus iusticiam nostram, perperam ideo
sentimus de Christo? Et quia eundem prædi-
camus mortuum propter peccata nostra, res-
suscitatum autem propter iustificationem no-
stri, ideo tibi sine fide uera sumus? Ideo ab Ec-
clesia electorum separati? o inauditam impu-
dentiam. Nos quia non aliam in oculis Dei
ponimus iusticiam, quam Christum, ideo ab
Ecclesia Sanctorum arcebimur? Si animum
induxisti tuum ita esse uniuersa, quæ in hoc
libro tuo scripta sunt, ut hisce te nœnijs tuis
scopum attigisse credas scripturæ sanctæ, dico
tibi: non esse in hoc mundo uspiam malum
hominem, tu si non es pessimus. Et tamen fieri
queat, ut hoc feras constantiore animo, nostram
defensionem

defensionem, quo nos constantius cum erro-
re non solum tuo, sed & contra totius ferme
mundi huius falso persuasam bonorum ope-
rum opinionem conflagimus. Neque ob id ta-
men aliquid à nobis in hac causa temere actum
est haecenus: neque item polliciti nobis sumus,
statim ad primam congressionem prosterni
posse regnum Antichristi. Nonnihil tamen
bonae spei concepimus, Reges nobis & Princi-
pes non paucos, hoc nobis futuros æquiores,
quo nos quam te tuosque gloriæ Christi studia
illæ cognoscent impensius. Inunc & uerba es-
lude, quibus gratis iustificari nos testatur Ap-
postolus. Sed istum prius perfodis. Nos
promissam gratiam ut apprehenderimus in
Christo per fidem, mox item omni nos peni-
tus fiducia bonorum operum spoliamus: sci-
entes nimirum unum esse Christum, qui solus
perpetuum habeat sacerdotium, quique saluos
facere possit ad plenum uniuersos, qui per ip-
sum adierint Deum. Quid hic apertius dici
poterat, quam quod plenitudinem salutis nos-
træ non operibus iusticiæ, non ullis denique
fidei qualitatibus, tribui audimus à scriptura
sancta, sed uniduntaxat Christo, sine quo ne-
mini patet ad Deum accessus? Nonne ipse est
Sacerdos noster in æternum, quem orantem
pro nobis nunquam non audit Pater? Nonne
ipse est hostia pro peccatis nostris in æternum
sufficiens & sanctificans? Hic nonne semen il-
lud est promissum Abrahamæ benedictum? An
non hæc est liberandorum credentium uni-
uersalis

Roma. 3.

Hebre. 7.

De ciuit. uersalis uia, ut cum Augustino interim loqua
Dei, li. 10 mur, de qua fidelis Abraham diuinum acces
c. 32. pit oraculum? In semine tuo benedicentur
Gen. 22. omnes gentes. In hac igitur uniuersali libe
randorum adhuc uia quid aliud orant, si uniuersam illam operum suorum iusticiam as
spectarint sancti illi Patriarchæ, Prophetæ,
Apostoli, a deoq; uniuersa illa Ecclesia Sancto
rum, quam quod in sancta Prophetia dictum
Psal. 66. est: Deus misereatur nostri, & benedicat nos
bis: illuminet uultum suum super nos, & mise
reatur nostri. Tu, in te quantum est, iustū hoc
semen Abrahæ, tanquam in herba adhuc res
cens, dum exerit hac tempestate spicam, pro
mittēs nimirum longe opulentissimam, ubera
rimamq; messem, extirpare nobis, extinguere
reque conaris, ut opera humana, possessionem
illius preciosam in oculis Dei uendicare sibi
ualeant, quasi communicato cum Iudæis cōst
Matt. 21. lio, dicas: Ecce hic est hæres, uenire occidamus
Rom. 4. eum, ut nostra sit hæreditas. Quo circa dic
mihī: Christum pro peccatis nostris mortuū
esse credis? Credo inquis. Qui sit ergo, excita
tū a mortuis Christum propter iustificationē
nostri nō credas. Etenim ut hoc credas, uehe
menter dubitare coepi. Ipsa enim fides resurre
ctionis Christi funditus euellit a nobis simul
uniuersam bonorum operum fiduciam, & ad
unicam illam misericordiam Dei nostri aspi
rat, sine ullis extra Christum meritis, alioqui
periret excitati ex mortuis Christi iusticia in
nobis, Christus ut perpetuo saluos facere possit

test

reſteos, qui per ipſum ad eum Deum, ita per
petuo iuſticia noſtra ſit oportet. Alioqui quo
modo colligeret Apoſtolus de Abrahami .8. r. 1. 1.
diſputans iuſticia, quod non ſcripta ſint hæc Rom. 4.
propter illum tantum, imputatam ſcilicet illi
iuſticiam, ſed & propter nos, quibus imputa
bitur credentibus in eum, qui excitauit Ieſum
Dominum noſtrum à mortuis. Qui traditus
fuit propter peccata noſtra, & excitatus eſt
propter iuſtificationem noſtri. Et conſequen Rom. 5.
ter ait: Iuſtificari igitur ex fide, pacē habemus
erga Deum, per Dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum. Arque hic eſt fundamentum, quo
ſolo nititur fides noſtra, aduerſus uniuerſas
procelloſi huius maris tempeſtates: neq; item
timemus hæc in parte ullā parte ingruere poſſe
fundamento noſtro diſſolutionem. Scimus
enim, quemadmodū peccatum olim regnauit
in mortē, ita iam gratiam regnare in uitam
æternam, quam gratiam iure equidē tuis præ
ferimus operibus, utcunq; bonis & ſplendi
dis. Si porro, quod tu contendis, iuſticia ue
ra ex operibus magis quam ex fide cenſetur,
iam fruſtra prædicatur a nobis gratia: imo
ingrati inueniemur aduerſus gratiam. Pro
inde niſi miſericordiam Dei in Chriſto fide
apprehendas, adhuc ſub Pædagogico legis a
gis, non ſub Magiſtro gratiæ Chriſto. Et qui
nondum per fidem conceſſit, ad Chriſtum,
quem lex ceu pædagogus à longe futurum o
ſtendebat, is nondum eſt ſub gratia noui teſta
menti, ac ideo nondum in libertatē aſſertus. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
Vera

Ioan. 8.

Zera enim libertas à peccatis per fidem con-
tingit Christi, gratis utiq; & absque ullo ope-
rum nostrorum respectu. Si filius (inquit Chri-
stus) uos liberauerit, uere liberi eritis. Hæc aut
libertas, quemadmodum & Christus, non nisi
si fide apprehendi. ur. Vbi fides est igitur, ibi &
iusticia: ubi iusticia, ibi & libertas à peccato:
ubi libertas, ibi gratia: ubi gratia, ibi & ado-
ptio filiationis: ubi adoptio, ibi & successio, si-
ue (ut uocant) hæreditas. Tu ergo quomodo
Patrem audes uocare Deum, qui filium Chris-
tum iusticiam esse nostrã negas? Quomodo
libertas prædicas, qui operibus tribuis, quod
unius est Christi? An ideo libertatem consequi-
mur à peccato, quia bene operamur? An non
potius bene operamur, quia per Christum
manumissionem à peccato accepimus? Quo-
modo operibus tuis libertatem tibi à peccato
usurpabis, qui sanguinem liberatoris Christi
negare uideris, quo utique solo redempti sumus?
Christus ut est iusticia nostra, ita solus est præ-
cium libertatis nostræ, quod esse nullo pacto
queat, si operum iusticia præcellit, ut tu ais,
iusticiam fidei. Non ideo morbos laudamus,
quia medicinam prædicamus. Non ideo à bo-
nis operibus abhorremus, quia gratiæ bene-
ficium ipsis longe operibus præferimus.
Sed laus & prædicatio gratiæ uituperatio &
damnatio est delictorum, quemadmodum
Lib. de spi scripsit Augustinus. Nunquam ignauum oculum
ritu & li tenet fides nostra. nunquam torpescit, nun-
ter. ca. 6. quam non est officiosa erga eximios & medio-
res

eres, & infimos, erga amicos & inimicos. Ne
minem uult esse bonitatis suæ expertem, adeo
ut haud paucos indignos etiam beneficijs suis
ceu cumulo quopiam bonorum obruat. Neq;
unquam indignis profuisse poenitet, aut expro
brat. Patrem illum coelestem in hoc sequens,
qui solem suum exoriri sinit super malos ac *Matth. 5*
bonos, & pluuiam mittit super iustos & inius
stos. Hactenus hæc de fidei nostræ na
tura, deq; significatione illius
differuisse sit
satis.

PARS ALTERA.

DI X I M V S fidem ueram, omnem
prorsus humanæ rationis uim quàm
longissime transcendere, neque eam
ulla ob merita nostra dari, sed solius Dei nos
stri munere mentibus nostris illabi: ideoq; nis
hil esse, quo se tuto recipere queant conterritæ
ad iudicium Dei conscientia, præterquam
unam illam promissam in Christo misericors
diam Dei: quæ quidem nulla alia re quam fide
apprehendi poterit. Est enim fidei nostræ na
tura, ut uniuersam illam bonorum operum
fiduciam procul ab se excludat, & in unam mi
sericordiam Dei, spirituales illos mentis suæ
radios intendat. Quod si eo impietatis prolas
batur quispiam, ut ostentatione operum elas
sus, sibi tribuat, quod uni misericordiae Dei est
C proprium

2. Cor. 3.

propriū, illum nos animi esse ingrati, ac Dei
contemnētis merito censemus. Quæ est enim
dementia non agnoscere tam late patentem
misericordiam Dei: aut quæ sunt tam specios
sa opera nostra, quibus quod gratis promis
sum est, iure debeat. Vecordium est in ope
ra sua respicere, quos ob id ignominia & con
fusso comitatur. Nos quia oculos mentis nos
stræ in unam misericordiam Dei defixos ha
bemus, gloria excipiet, etiam salus, nimirum
sic respiciente nos Deo. Proinde ego tibi o
Hanc, quandoquidem omnino operum ius
ticia superbis, meliorem à Deo nostro precor
mentem, ne ignavo consilio tuo res nobis pul
cherrima, ac longe utilissima interuertatur, ac
ista nobis succrescat infamia: ut aliud salutis
nostræ posuisse dicamur fundamentum, præ
ter hoc quod possum est, quod est I E S V S
C H R I S T V S. Tu diuinitatem quandam,
ut ita loquar interim, tibi spondes, ubi sarcin
a bonorum operum onustus in portum post
fata nauem traduxeris, ob eam causam, quod
rari sint hodie huiusmodi, qui sese ex animo
bonis operibus addixerint: quasi uero raritas
operibus humanis diuinitatem, hoc est immu
nitatem à peccato, atque adeo iusticiam in
oculis Dei largiatur? Si uerum est quod scri
bis, multo quam nos foelicioer erit Fœnix, fo
licioer & Vipera: nam nisi unam in utroq; ge
nere reperiri, testantur Historici. Illa quidem
ex concrematae prius cineribus parentis con
surgit, & unica consurgit: hæc uero ex eruptæ
matris

matris aluo effunditur. Dolenter tibi concessimus, in t̄to mortalium numero uix unum esse aut alterum, cui uera cordi sit iusticia, ut iam recte dixerit quidam ex nostris: (stus

Rara avis in mūdo, ac Fœnice si millima iu
Nec nisi post obitum uipera matris adest.

Quod si propterea raritate bonorum, iusti habemur in oculis Dei, ipse profecto Apostolus Paulus iure gloriari poterat, uel quia nemo aliorum Apostolorum tantum atque ipse in Euangelio laborauit: uel qui iuxta iusticiā quæ est in lege, factus est irreprehensibilis: uel quia nullius malæ rei sibi conscius esset. Atqui ille quidem nullam hisce in operibus uindicare iusticiæ laudē, sed q̄ lucra sibi erant, arbitratus est propter Christum damnum esse: omniaq̄ pro reiectamenris habebat, ut Christum iustificaret. Proinde (inquit) gratia Dei sum, id quod sum. Et gratia eius, quæ profecta est in me, non fuit inanis, sed copiosius quam illi omnes laboraui: Non ego tamen, sed gratia Dei quæ mihi adest. Vbiq̄ gratiæ beneficium extollit, sibi prorsus nihil adscribens, cupitq̄ in uno Christo reperiri, non habens suam iusticiā ex lege, sed eam quæ per fidem est Christi, quæ est ex Deo iusticiam super fide, ut cognosceret illum, & potentiam resurrectionis illius, &c. Quid lucidius dici poterat, quàm quod hic ait Apostolus, unam esse ex Deo iusticiam super fide, qua cognoscitur Christus, & potentia resurrectionis illius: quā nisi apprehenderit non posse se tuto apparere conspectui diuino?

C ij

Et

1. Cor. 15.

Phil. 3.

1. Co. 4.

Phil. 3.

Esa. 53.

Rom. 9.

Ioan. 1.

Matt. 1.

Col. 2.

Dan. 9.

1. Cor. 1.

Et uidetur hic quidem Apostolus in uerba
Esaiae respexisse, ubi de Christo sic ait: In sciens
tia sua iustificabit ipse iustus seruos meos mul
tos: Nam cognito per uerbum praedicationis
Christo, non uni Iudaei, sed & gentes, quae
non sectabantur iusticiam, apprehenderunt
iusticiam, iusticiam autem eam quae est ex fi
de. Non enim sibi ipsi duntaxat iustus est Chri
stus, sed & uniuersos qui ipsum fide apprehen
derint, iusticiae suae reddit participes. Hic est
ille plenus gratia & ueritate, filius & uerbum
in principio apud Deum: cuius de plenitudine
nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia,
ob idque merito uocatum est nomen eius Ies
sus, quod scilicet populum suum saluum fas
ciat a peccatis suis. Porro liberare a peccatis,
quid aliud est, quam iustificare, maledictionem
auferre, & chirographum peccati delere. Unde
in oculis Dei iustificandi locum operibus nos
tris non admittit Christus, alioqui Saluator
non esset. Praedictum est, quod in aduentu eius
finem habitura esset praeuaricatio & peccatum,
essetque futura cum ipso in regno eius iusticia
sempiterna: & non tantum hoc, quod in diebus
eius iusticia sit futura, sed quod ipse sit iusticia
nostra, sic dicente Apostolo: Qui factus fuit
nobis sapientia a Deo, iusticiaque & sanctificatio
& redemptio, ut quemadmodum scriptum est: Qui
glorietur, in Domino gloriatur. Fide enim & gra
tia iustificamur, non operibus, aut ullis fidei
qualitatibus. Fides autem non in dignitatem
suam defixos habet oculos, sed in eum duntaxat

taxat, quem ex uerbo promissionis Dei apprehendit Christum. Et hoc non inconuenienter *Hiere. 23.* ex Propheeta Hieremia colligimus: Et hoc est nomen eius (inquit) quo uocabunt eum: Dominus iustus noster. Quæ hunc contextum antecedunt, non minus faciunt ad confirmandam fidem nostram. Quin etiam omnes Prophetæ testimonium ferunt Christo, quod remissionem peccatorum accepturus sit per nomen eius, quisquis crediderit in eum, ut Petrus dixit: *Acto. 10.* Et hoc utique est Euangelium nostrum, quod prædicamus. Quod si non capiunt uniuersi, nos nostro functi sumus officio sincere, citra circumfucum, ipsi uiderint, quod oblatam margaritam pedibus conculcarint suis. His si non patet iustificandi ratio, quam nobis sacræ literæ proponunt, suo ipsorummet uicio, quod salutem non consequuntur, acceptum ferre debent, non nobis, qui quantum in nobis est, nihil intentatum relinquimus, quatenus gloria Christi pateat quam longissime. Idem agimus (fidenter, & citra arrogantiam loquor) nulla spe præmij illecti, non amore nostri occæcati, sed in unam unius Christi gloriam intenti, cui soli placuisse est satis. Tu nos, quid hic intelligamus, hactenus intellexisti nunquam. Si enim nos intelligere uoluisses, nunquam profecto tantum laboris insumpsisses, de illa secunda & completiua (sicut ais) iustificatione. Diximus in superioribus particulam SOLAM, obitare tibi, quo nos minus intelligere possis, alioqui non scriberes, sectione de iustificatione impij.

C in

Fides

22 Fides ergo ut nunquam sola est, modo ue-
 23 ra & non simulata sit, ita quoque nunquam
 24 sola iustificat, nunquam enim suis ac respici-
 25 ſcentiæ operibus, dignisq; pœnitentiæ fructi-
 26 bus, in adultis caret, proinde dogma illud de
 27 S O L A fide iustificante, ſcripturæ, uerbo,
 28 pœnitentiæ, ac conuerſationis operibus con-
 trarium eſt.

Quis hic non uideat, quam inſigniter ha-
 lucineris in cognitione fidei, qui nullibi recte
 diſtinguere ſcias inter iuſticiam fidei, qua ſola
 in oculis diuinis iuſtificantur electi, & inter ipſa
 iuſticiæ opera, quæ fructus ſpiritus appellan-
 tur ab Apoſtolo: ſed iam ut maxime bene ope-
 randum ſit, tamen quia caput legis dilectio,
 nunquam ſatis in hac uita excolitur, ſed ſem-
 per haud parum reliſtæ imperfectionis in car-
 ne noſtra circumferimus, quo minus iuſti ſi-
 mus apud Deum. Futuri autem hoc perfectio-
 res, quo maior eſt non imputantis nobis pec-
 catum, & indulgentis miſericordia Dei. Atq; hæc
 miſericordia fide duntaxat apprehendi-
 tur in Chriſto. Hinc & nos cum Apoſtolo,
 Galat. 2. uitam quam nunc uiuimus in carne, per fidem
 uiuimus filij Dei, qui dilexit nos, & tradidit
 ſemetipſum pro nobis. Non aſpernamur gra-
 tiam Dei. Nam ſi per legem eſt iuſticia, igitur
 Chriſtus fruſtra mortuus eſt. Quibus uerbis
 teſtamur per fidem adeptos nos eſſe uitã, quæ
 nulla morte poſſit auferri. Etenim qui ex fide
 ſunt, benedicuntur cum fideli Abraham. Nō
 qui

qui operibus iustificandi tribuunt potestatem. *Ibidem 3.*
Alioqui quomodo perpetua per Christum in-
troducitur iuxta Daniele[m] iusticia? si partim
opera iusticiae, non una fidei iusticia nos aduer-
sus insultus Satanæ tutos reddunt? Certe in
agone constituta conscientia, & iam iam pugna-
tura cū peccatis & ira Dei, nisi Christum, hoc est
misericordiam Dei in Christo fide apprehen-
dat, nunquam consistet. Quocirca quisquis in
hac pugna in eas detrusus forte fuerit angus-
tias, quo minus uictor citra periculum salutis
suae uiribus proprijs redire liceat, alacriter (ita
docemus) fide saltem non destitutus in hostem
feratur, quantumuis ferocientem, tum etiam si
ualidior plus solito ingruere uidebitur, confu-
denter consistat, oēs proculdubio mundi huius
insultus facile superaturus, in eo qui dixit: Cō-
fide, ego uici mundū. Quæso te in hac pugna *Ioan. 16.*
quibus te armis munitū uoles: fidei an operū?
Ego sane cum primis necessarium duxerim fidei
discutū, quo firmiter is qui commissus est cū
Aduersario, fidere possit promissionibus di-
uinis, quo solo omnia iacula mali illius ignita
extinguere queat, ne unquam animi uitalia uulne-
rentur. Hæc fides ut solida est, ita æterna est,
adeoq[ue] à Deo Opt. Max. profecta, secū adfert
auxiliū ex alto. Hęc est illa sola fides, de qua tã
magna in Epistola Ioannis leguntur: Quoniã *1. Ioan. 5.*
(inquit) omne quod natum est ex Deo, uincit
mundum: & hæc est uictoria, quæ uincit mun-
dum, fides nostra. Quis est qui uincit mun-
dum, nisi qui credit, quod Iesus est filius Dei.

C iij

Hic

Hic audis solam fidem esse, quæ uincit mundum, exclusis procul hinc uniuersis cum operum tum qualitatibus armis. Præterea sponte multa, quibus opera tanquam de suo principatu ac imperio gloriantia iactas. Veruntamen tanto hoc studio facis, ut in eo immortalis prope turpitudinis labem, & tibi & operibus tuis comparaueris. Voluisti opinor more imperiti medici laudem tibi conciliare uulgi imperitia illa tua, ut si nullus se tibi in tempore opponeret Antimachus, liber iste tuus per gratæ uires acquireret, possetque tuto iam per cœnobia prosperare omnia, ac ita tandem citra puluerem ageres incruentam uictoriam. Sed hac quoque in parte spes te sefellit tua. Nam tua omnia tantum sunt Thraseonice scripta, ut qui indoctus sit, te solum esse putet, qui adeptus sis sincerum scripturæ sanctæ sensum, ut omnes hodie emergentes errores acutissima ingenij tui falce repurgare & possis, & audeas. Atqui hic interim uideor uidere mihi, persuasum tibi habuisti, quasi tu unus sis, qui nutantem Christianismum, ceu Atlas coelum humeris tuis sustentare queas, id quod alius adhuc facere potuit nemo. Quare unus debuisti, siue ut proprie dicam, unus & solus uoluisti *ἀναιδῶς οὐκ ὀφειλέτω*, ut omnium augustissimæ tibi provincie censuram usurpares, qui non tantum singulos singulorum Scriptorum apices dñus dicare queas, sed & præterea intimi illi ac reclusi scripturæ sacræ thesauri penes te unum & habeantur, & inueniantur. Nos autem opinione

nione duntaxat ferri, te unum esse, qui non im-
peritia, sed iudicio probes, aut improbes uni-
uersa. Sed hic ego abstinere calamum, ne uis-
deor stulto respondisse iuxta stulticiam suam.
Potuiffem enim & te & tua uicissim ridere, si
more Socratico, epistolam *εἰς ποσειδωνοῦσαν*, ma-
gis quam solidam defensionem scribere libu-
isset. Itaque iusticia quæ satis est coram Deo,
nō qualitas ulla fidei est, sed ipsa met fides, quæ
promissam gratiam in Christo apprehendit.
Ita iustum uocamus, non quidem propter
dilectionem, non propter alia opera bona, sed
eum solum, qui quod promissit Deus apprehē-
dit, ac ideo acceptum se gratia, nullo bonorū
operum respectu credit. Atq; hic est, qui nun-
quam non fortiter responderet capiti suo Chris-
to, qui etiam in ipso ultimo mortis suæ arti-
culo ne latum culmū a uera sui animi uirtute
dimoueri se passus est unq; . Quod si iusti uiri
effigiem, ceu in tabula quadam depictam ins-
picere uoles, fac undecimum epistolæ ad He-
bræos tibi caput proponas, ubi propositis ob-
oculos scripturæ sanctæ exemplis ostenditur,
quam fides sit res firma & stabilis in oculis
Dei. Est enim fides, ut ibidem scribitur, sub-
stantia rerum sperandarum, argumentum nō
apparentium: hoc est firma ac indubitata per-
suasio, constansq; (ut ita loquar) conscientia
iusticiæ, qua confidimus sine omni prorsus
operum fiducia parari salutem, & uitam æter-
nam. Nihil hic possunt portēta illa Satanica,
fides informis, fides acquisita, & id genus alia.

Iusticia
quid.

Iustus
quis.

Heb. ii.

C v Loquimur

Rom. 13.

Iustifica-
tio quid.

Prover.

Loquimur de fide iustificante, de qua dicit A-
postolus: Omne quod non est ex fide, peccatū
est. Opera quæ hanc fidem sequuntur, liber-
tatis & iusticię fructus, & exercitia dici possunt,
non autem iusticia. Id quod tu quoq; astruere
uisus es mihi: Ais enim quodam loco, quod
completiua illa operū iustificatio, potius iusti-
factio quam iustificatio dici debeat. Iam ego
iustificationem nihil aliud uoco, quam repu-
tari seu pronunciarī iustum, idēq; in oculis diui-
nis: tu operū iusticiam non recte iustificationē
dici contendis. Hæc si ex animo dicis, corruet
perfecto totius operū tuorum iusticię moles.
Sic fingis & narras confuse omnia, & male cō-
sistentia non raro consuis, quæ omnia uergūt
eo, ut quicquid hic scribat Hanerus, totum id
ceū sacrū habeamus, cui refragari nemo aus-
sit, nimirum interpretationem scripturæ sanc-
tæ, nō unī spiritui sancto acceptum feramus,
sed & tibi præmonstranti uiam Hanero. Si
tibi natura sensum hominum non negasset
communem, uidisses proculdubio tuum ser-
monem fictum præter artem, seq; ipsum elu-
dentem. Sed hæc sunt iudicia Dei nostri iusta:
ut in insidijs suis capiantur iniqui. Cum sis tan-
tus scripturæ sacræ Aristarchus, demiror hanc
particulam non uisam esse tibi: quando
quidem omnem disputationis tuæ statum in-
uertit: nisi forte idem tibi significant, & quod
alibi scribis:

”

”

Potior est Christianismi pars operum ius-
ticia

sticia, & hic quod ais: Completiua iustificatio,,
(ita frequenter uocas opera) potius iustificatio,,
quàm iustificatio dici debet.

Certe ubi non est iustificatio, ibi non est ius-
ticia, ac ideo iuxta pronunciatum tuum neq;
opera iustificanc coram Deo. Quid enim est
aliud: iustificatio, q̄ iusticiæ demonstratio, nō
autem ipsa iusticia. Profecto iustus, & qui ius-
ticiam iam habet Christum, merito aliam nō
agnoscit, & si alioqui in oculis mundi huius
maxime studeat operibus iusticiæ, neq; tamen
idcirco falsa sibi operum fiducia placebit, sed
abnegatis uniuersis uiribus suis, ipsum etiam
hunc mundum transliens, fide & spe in coele-
stibus habitare sedulo contendit: ut iam nulli
sint tam atroces inimici, qui illura à semel
percepta & gustata spiritus dulcedine auels-
lere queant. Interim & si esuriat, & sitiat ius-
ticiam, quod miseræ cuiusdam indicium esse
potest, tamen spe pertinaci expectat illam
iam olim promissam honorum Dei saturis-
tatem, dum penitus exuerit uniuersam huius
carnis maliciam. Quinetiam bene sperat, eti-
am tum, cum ad tribunal iudicis CHRISTI,
iam iam à Dæmonibus sit rapiendus. Quo-
circa unum est bonum, fides nempe: qua ex
naufragio uitæ huius in portum sese recipere
queat iustus: estq; nihil præterea quod simul
fracta naue possit enatare, quam unica illa in
misericordiā Dei fiducia. Quare in oculis diui-
nis non ipsa operū facies, sed mens fidei plena
contem

contemplanda uenit. Efferant alij emigrantes
e mundo, operum bonorum sarcinas. Iustus
omnia bona sua sub unius fidei nomine reue-
ra secum portat, scit enim, ubi sese operum
bonorum fiducia commiserit, ac seruandam
speraerit, basim hanc infirmiore futuram,
quam ut superimpositam salutis machinam,
ferre possit. Atqui hic audio, quid mihi obstre-
pere ausis:

- » Deum mundum iudicare non posse, si nul-
- » lus operum respectus coram Deo est, &c.

Anxie studes, ne Christus frustra futurus di-
catur iudex, cauesq; ubiq; sedulo, ne illi doctrina
nostra iudiciariam eripiat potestatem, quasi
uero futurum non sit iudicium Dei, nisi praes-
scriptum libri tui Canonem iudex sequatur
Christus. Sed nos etiam hac in parte fidei no-
strae rationem non illibenter tibi exhibebimus.
Quod ut commode fiat, rem alius, & ut dici-
tur, ab origine prima repetere libet. Neq; enim
quod posterius est, sine cognitione eius, quod
prius est, recte discerni potest, id quod te in
praesentia remorari uideatur, nec finit illas diuis-
ni iudicij leges cognoscere satis. Quocirca pri-
mum Christiani in mentem reuocamus, stus-
diosoq; perquirimus: quid scilicet hominem
rursus in pristinam gratiam, ac dignitatem res-
ponere queat, postquam spiritu reuera se mors-
tuum esse cognouit. Nam praeterquam quod
morti addictum se sensit Adam, etiam gratia
Dei

Dei priuari se cognouit, quemadmodum Mo-
ses haud obscure tradidit nobis. Quinetiam
non unum Adamum, sed uniuersam simul
illius posteritatem, à gratia excidisse, atque in
iura mortis concessisse, præter Mosen, etiam
Apostólico probare possemus calculo. Sed
hæc quia manifestiora sunt, quam ut negari
possint, prætermittenda, atque alia interim,
quæ in manibus sunt, prosequenda censuimus.
Proinde à morte liberari non poterat homo,
nisi per uitam. Vt enim hanc uitam à seipso
non habuit homo, ita à morte suis uiribus as-
serere se in uitam, non utique potuit unquam.
Quid queat præstare sibi mortuus? porro an
unum sit, an ne plura, per quæ rursus in gratiã
recipimur, ut denuo uitam exclusa morte in
nobis habeamus: an illud uirium nostrarum
sit, an in uno & solo Christo: an partim in
Christo, partim in nobis positum: hæc demũ
est magna illa controuersia, quæ hactenus nõ
paucos in harenam uocauit. Quocirca qui spi-
ritum scripturæ sanctæ sequuntur, Christum
non uerentur palam pronunciare, uitam esse,
per quam reuiuiscant in Adam mortui quique.
Adam enim transgrediendo mandatum, ad
cuius in principio creatus est imaginem exiit,
induitque imaginem maligni, hoc est iniusticiæ,
incontinentiæ, & uniuersam illam peccatorũ,
ceu quandam malorum lernã, sibi, prorsusque
uniuersæ posteritati suæ superinduxit. Et hoc
est nimirum, quod Apostolus loquitur: Propter unum (inquit) hominem peccatum in-
troiit, Rom. 6.

troiit, ac per peccatum mors, & sic in omnes
 homines mors peruasit, quatenus omnes pec-
 cauimus. Nascimurq; omnes à carne trans-
 gressoris Adam, filij iræ. Vel ut summam
 dicam: In Adam omnes moriuntur. Atqui à
 principio non tam præfectus erat homo cum
 ceteris creaturis in terra, sed insuper & in tantam
 sublimitatem susceptus, ut ad imaginem & simi-
 litudinem opificis sui formatus recte dici
 potuerit, id quod alibi quoque scribens, testa-
 tus sum. Non dico autem imaginem & simi-
 litudinem illam, qua Christus uerbum in prin-
 cipio apud Deum, splendor paternæ gloriæ,
 & expressa imago substantiæ illius dicitur. De
 qua ipse ad Philippum loquebatur, dicens:
 Qui uidit me, uidit & Patrem meum. Iuxta
 hanc etiam diuinitatis unitatem, ait: Ego &
 Pater unum sumus. Quocirca ut una est sub-
 stantia Patris & filij & spiritus sancti, ita una
 est imago siue similitudo totius trinitatis, nec
 ulli unquam creaturæ explorata satis. Inha-
 bitat enim Deus lucem inaccessibilem.

Ephe. 2.

1. Cor. 15

Hebr. 1.

Ioan. 14.

Ibidē 10.

Proinde alia est imago Dei, ad quā in prin-
 cipio factus erat homo: innocentia, iusticia,
 pax, gaudium: breuiter diuinæ bonitatis ceu
 æmulus creatus est homo, Deum habens Pa-
 trem: ipse uero instar charissimi filij in bonis
 Dei, tanquam in sinu paternæ indulgentiæ,
 tranquille degebat. Atque his uirtutibus tunc
 adornatus erat Adam, repræsentassetq; ipse
 cum uniuersa potestate sua hanc Dei in terris
 imaginem

imaginem, quatenus nō per diuinæ legis præ-
uaricationem à tanta gloria excidisset.

Sed uide rursus Dei nostrum non unam crea-
tionis potentiam, qua se maxime declarauit
mundo, sed amorem etiam ac bonitatem, qui
bus denuo nostrum genus sibi conciliare studuit
post lapsum: nimirum cum filius exinaniuit *Phil. 2.*
semetipsum, forma serui accepta, in similitudi-
nem hominum factus, & habitu inuentus, ut
homo, humiliavit semetipsum usque ad mortem
crucis. Hunc ergo quicumque fidei oculo respiciunt,
ad pristinam per eum imaginem trans-
feruntur.

Tam uere autem per filium in pristinam
imaginis Dei dignitatem restituuntur fideles,
ut unus iam coeperint esse cum Deo spiritus:
sicque Deus communis iam Pater & mediato-
ris Christi, & eorum qui illi per fidem incor-
porantur: Ideoque illos fratres uocare non erubuit.
Et Apostolus, eos qui fide apprehenderint
Christum, templum uocat Dei, eo quod *Ioan. 20.*
spiritus Dei habitet in eis. Quid plura? Cum *1. Cor. 3.*
Christo omnia nobis donauit Pater. Ipse enim
factus est nobis sapientia à Deo, iusticiaque
& sanctificatio, & redemptio. Vnde fit, ut
posthac iure sibi displicere possit nemo, etiam
si uitis expositum se adhuc in mundo senserit,
quandoquidem Apostolus dicit: Nulla nunc
est condemnatio, his qui in isti sunt Christo *Rom. 8.*
Iesu, qui non iuxta carnem uersantur, sed iux-
ta spiritum. Et nos quidem mox in Baptismo,
ad

Phil. 3.

ad imaginem cœpimus reformari Christi, qui ut est cœlestis, ita cœlestibus gaudet: hunc referimus in omnibus, quoad in terra adhuc existentibus licet: hunc exprimimus, ad illius nos uoluntatem componimus. Interea etiam conuersationem nostram habemus in cœlis, ex quo & Seruatorem expectamus, illum ipsum Dominum Iesum Christum, qui transfigurabit corpus nostrum humile, ut conforme reddat corpori suo glorioso, secundum efficaciam, qua potest etiam sibi subijcere omnia. Hac nimirum fiducia fortiter iuxta præfixum signum insequimur ad palmam supernæ uocationis Dei, omnia quæ à tergo sunt obliuiscetes, gestiētesq; animo si quo modo queamus, olim ad imaginem Dei plene reformari, quæ ut malum nescit, ita nullam prioris Adami maculam admittit.

Per Christum recipere nos omnia, quæ a lioqui in Adam amiseramus, iusticiam, innocentiam, uitam: qui non credit, iam condemnatus est. Nam quicquid horum uel liberi arbitrii uiribus, uel ullis alijs habitibus infusis, & qualitatibus animi tribueris, Christo utiq; abstuleris, ac ideo in ignominiam cedere, & Dei & Christi constanter asserimus: nisi uelimus gratiam iam non esse gratiam, aut Christum negare Seruatorem.

Quod tu uero corras undiq; ex scriptura sacra, locis, non soli fidei, sed & operibus fidei remissi

remissionem adscribis, præterquam quod mentem spiritus sancti non assequeris, etiam opus manuum tuarum adorare uideris. Tu execraris eum qui saxa adorat, & à simulacris auxilium petit, te ipsum non execraris, qui ab ipsis operibus tuis bonis iustificari in oculis dei confidis. *Esai. 64.* Omnes iusticiæ nostræ, quasi pannus menstruatæ. Quæ autem sunt opera tuæ quæ qualitates spirituales, quibus tuam salutem tuto committere queas, ubi iudicare coeperit Deus? Tu ne uulneratum ac sauiatum misere, nec dum plene ualentem ad tribunal transmittes iudicis? Certe, certe inquam ego, nisi & hic Samaritanus, qui & iudex futurus, misericorditer adsit, quod inflictum est nobis ab aduersario, uulnus, nunquam curabitur: tã ubiq; & hic & illic nobis opus est misericordia Dei, ne pereamus. Sed dices, scriptũ est: Omnes nos manifestari oportet coram *2. Cor. 5.* tribunali Christi, ut reportet unusquisque ea, quæ sunt per corpus, iuxta id quod fecit, siue bonum siue malum. Et Christus in iudicio futuro opera commendat. Ait enim: Esuriui, & *Matt. 25.* dedistis mihi edere. Sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. Neq; hic euinces quicquam. Non enim opera prædicantur simpliciter, sed ea duntaxat, quæ iustificationem fidei sequuntur, ueluti boni fructus arborem testantur non esse malam. Vnde fructus si laudantur, utique ipsa arbor laudibus effertur, ut quæ tales ædiderit fructus. Itaque non datur uita æterna propter opera nostra, sed propter fidem iustificantem

D

nos.

Rom. 8.

Matth. 7

Roma. 5.

nos, quæ hic interim dum agimus, efficax esse debet, semperq̄ parere bonos fructus. Simul enim cum iustificante nos fide, offertur & uita æterna. Quos enim (ait Apostolus) iustificauit, hos & glorificauit. Quinetiam per fidem efficimur filij Dei, non per opera, etsi maxime sequi debeant opera fidem. Vnde cum dicitur: Ex fructibus eorum cognoscetis eos, de nobis dictum est, qui faciem hominis cōtemplamur duntaxat: de Deo autem minime, ut qui alios qui & renes & corda haud difficulter scrutetur. Quid igitur iudicabit Christus: Fidem uerit̄ & Hypocrisim, hoc est, iustos & iniustos, illos quidem, ut quod iam olim fide, dñi Christum apprehenderent, conceperunt, reuera oculis nunc suis contēplentur, ac perpetuo possideant, fruanturq̄: hos autem, quod oculum fiduciae suæ alio quam in unā miserentis Dei gratiam defixum habuerunt, procul ab illa fidelium gloria ad tartara relegatos, arcebit. Quare aliud salutis nostræ caput sit oportet, quam opera nostra, nempe precium, & satisfactio Christi. Quia enim mortuus fuit pro nobis, cum adhuc essemus peccatores, multo magis iustificati nunc sanguine eius seruabimur per eum ab ira. Nam si cum inimici essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati seruabimur per uitam ipsius. Quæ uerba uelim diligenter expendas: ostendūt enim seruari nos per Christum ab ira, nec ullo dilectionis, aut alterius operis nostri respectu. Neque item est ullum
opus

opus nostrum, quod natura sua possit placare
diuinam iram. Tam procul enim sumus ope-
ribus nostris a perfectione legis diuinæ, quam
qui maxime. Et certe pereundum fuerit uni-
uersis, nisi mentes nostræ certam ac firmā per-
fidem in Christo, apprehendant reconcilia-
tionem. Opera cum prædicantur in iudicio di-
uino, non tanquam uera iusticia prædicantur,
sed ceu signa & exercitia iusticiæ, quæ est per fi-
dem Christi. Cum igitur operum fiat mentio
in iudicio Dei, fides qua sola fit, ut bona sint
opera, non excluditur. Iuo uita æterna non
propter effectus ullos iusticiæ, quales sunt ope-
ra, sed propter unā & solam causam iusticiæ,
quæ est ipsa fides, donatur. Sic Christus iustus
tantū regno suo dignos decernit. Nemo autē
in oculis Dei operū respectu iustus est, etiam si
necessario in iustificatis opera bona sequi de-
beant. Neq; hæc dicentes, præmiū & mercedē
inanes uoces apud Christianos esse uolumus;
quin potius spē nostram, quā super bonitate
Dei concepimus, non esse duntaxat tempora-
riam, sed quæ lōge se porrigit ultra præsentis
uitæ terminum, cui utiq; iure promissionis Dei
remuneratio & merces debetur. Atq; etiā hic
uides, quam non mereantur uitam æternam
opera bona, sed aliunde causam salutis nostræ
proficisci, nempe ex fide. Nam quemadmodū
Deus ipse per se & propter seipsum amandus
est, non propter remunerationem, ita remu-
neratio fidē quidem sequitur, non quidē pro-
pter opera, quæ fidem necessario sequi debēt,

D ij

sed.

sed propter eum quem fides apprehendit, cui proprium est suos remunerare amicos. Alios, qui si propter mercedem operum nostrorum seruire sibi uoluisset Deus, non utique pios faceret nos talis cultus, sed cupidos potius & auaros. Neque hoc dico, quasi non Deus odiat peccatum, quasi non puniat maliciam nostram: imo illud mihi persuasissimum habeo, non omne peccatum manifesta plecti à Deo poena, sed quaedam ultimo reseruari iudicio: & tamen esse nonnulla, quæ puniat hic interim Deus, ne scilicet nullam ipsius providentiam arbitremur esse in terris. Quid

Matt. 19.

Ioan. 5.

si dicam iustos non iudicari à Christo, sed curatum habentes iudicium illius, sedere, ac simul cum ipso iudicare duodecim tribus Israel. Alio qui quomodo uera erunt, quæ alio loco promittit: Amen amen (inquiens) dico uobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam, & in condemnationem non ueniet, sed transiit à morte in uitam. Hæc nisi scripturis & sanis rationibus refellere pergas, nos rata habebimus, atque alio magis opportuno tempore quæ diximus, lucidiora reddemus.

Tu ut uideo, persuasum tibi habes, iustos fieri nos coram Deo propter impletionem legis, quam efficit in nobis spiritus sanctus, hoc est, ut fide iustificemur primum, deinde donari nobis spiritum sanctum, cuius auxilio possimus implere legem. Sed uide, quam hic quoque futurum tibi ipsi facias, quamque nondum intelligas,

gas,

gas, quid nos nomine fidei intelligamus. Sic enim tu ponis iusticiam, in qualitatibus illis nouitatis, quam in te efficit spiritus sanctus, adeoq; in puritate tua cōfusus, iusticiam spondes tibi absolutam. Nos contra oculos mentis nostræ ab uniuersa lege, prorsusq; ab uniuersa renouatione illa in unam & solam promissionem Dei, & Christum insuper nostrum defigimus. Ideoq; confidimus propter unum Christum reputari nos iustos, & acceptos in oculis Dei. Hoc est, quod dicimus: Sola fide iusti sumus, non quidem quia fides nouitas quædam in nobis est, sed quia apprehendit Christum, cuius beneficio & nos sumus accepti. Iterum dico: Non dilectio, non ullum aliud opus iustificat in oculis Dei, sed sola fides, non quia est perfectio quædam in nobis, sed quia Christum possidet. Atq; hac prædicatione non deterremus interim auditores nostros à timore Dei, à mutua dilectione, à castitate, ab obedientia magistratus, aut alijs id genus uirtutibus: sed illustramus potius gloriam Christi, & luctantes cum peccato & ira Dei conscientias cōsolamur. Itaq; peruersum dogma non est, quemadmodum impudentissime scribis tu, ubi docemus: S O L A fide iustificari nos apud Deum, & nullis præterea alijs operibus. Itaq; propter unum Christum, quem fides nostra apprehēdit, iusti habemur apud Deum.

Cæterum fieri potest, ut fideles haud infrequenter nullas omnino fidei qualitates, nullā

D iij

charis

charitatē in cordibus suis sentire queant, neq̄
tamen ob eā statim causam desperant, sed po-
tius loco uniuersarū illarum fidei qualitātū ip̄-
sum reponunt cum bonis suis Christum, dicē-
tes cum fiducia: Hic est iusticia nostra, hic est,
qui nos eripit à maledictione legis: in hoc uno
habemus uniuersas promissiones Dei comple-
tas. Ipse enim est uia nostra, ueritas & uita. Et
hæc utiq̄ in nobis nullo modo esse queant,
ubi extra nos manserit Christus: qui in nobis
debet esse, in nobis uiuere, loqui & manere:
cui sit laus & gloria, in omnia sæcula. Amen.

Nolui in præsentia tecum agere maioribus,
sed uisum est tamen hæc pauca citra dentem
indicare: quo non obscure intelligant cū præ-
sentes tum posteri, quam inique in delegatum
nobis docendi munus sis inuectus. Proinde
quia ueritas & innocentia comitantur nos, nō
timebimus paratas illas copias tuas, in quibus
tibi tantopere places: quas ego imbecilliores
esse non dubitauerim, quam ut ullū ferre que-
ant impetum ueritatis. Et sumus nos profes-
cto non tam pauci, ut falso tibi persuades. Su-
mus enim atq̄ olim temporibus Helie septem
milia, qui similiter unum colimus Deum, &
Rom. 11. quorum nullus adhuc inflexerit genua sua
imagini Baal. Quinetiam lectulum Solomo-
Cantic. 3. nis nostri, uere pacifici Regis, sexaginta ambia-
unt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladi-
os, & ad bella doctissimi. Habentq̄ singuli en-
sem super femur suū propter timores noctur-
nos; hac nimirum spe animati, nō timebimus
insurgentes

insurgētes aduersum nos, copias tuas, quæ uas
cui & imperitum militem occupare fortassis
possunt, ueritatem extinguere non possunt.

Quocirca si me audis, abstinebis à pugna.
Non habes enim, cur perdurare hic pertinaciter uelis. Inualidæ sunt uniuersæ copię tuę, longeque uiribus suis ipsa inferiores ueritate. Consciens mihi sum, quid possit ueritas, si uelit experiri, ac fortitudinē ostendere suam. Tua ubique quia dissident, facile dissipationem admittent: & quia ordine quoque carent, conseruare te ab ignominia non possunt. Quare in tempore prospicere debes, ne quid abs te sinistro existimationis in patriam deriuetur urbē. Nam crede mihi, qui boni sunt ciues, molestissime ferent, si quando apud exteros tuam sibi obijcere audient inconstantiam. Futuri enim omnino sunt quidam, qui librum tuū probri loco in faciem nobis obijcient. Neque deerunt, etiam si dissimulauerimus nos interim, qui dicant confessionem, hoc est, fidem ciuium tuorum, isthoc te scripto tuo, extremo exponere uoluisse ludibrio. Quid uelim, intelligis. Ego certe non prius delegare nobis prouincię deero, non prius ciues nostros desiderare studium meum patiar, quam sit aliquid aduersus dogma tuum uel cognitum uel actum.

Vale.

Ex Norimberga VIII. Idus Maij,
Anno M, D, XXXIII.

D iij

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



SYLVA

QVÆDAM TESTIMO-

NIORVM EX PROPRIIS PA-
pistarum & S. Patrum atq; Ecclesiasti-
corum Scriptorum libris collecta, qua meris
diana luce clarius indicatur, probatur, & cons-
uincitur: quod coram diuino iudicio, SOLA
fiducia gratiæ & misericordiæ Dei pro-
pter Christum sine ullis nostris me-
ritis iustificemur & saluemur,

Autore Ioanne
Freyesle-
ben.

PRIMUM QUIDEM IN GRATI-
tiam cuiusdam Papistici Parochi priuatim
congesta, nunc uero tandē ad instructionem
& profectum aliorū eiusdem gregis omnium
astipulationem sanctorum DEI homi-
num, hac in causa desides-
rantium inuul-
gata.

*Aurum ex luto, quemadmodum ille quondam die
cebat, collegi Lector, tu id paruo tibi ere-
mito, & in salutem tuam eo
utitor.*

Haud ualere iusto meliore;

HUMANISSIMO PARITER
que pio uiro Domino Hieronymo Crosso,
apud Theonesti montem Parocho, Amico
suo eximie charo, Ioannes Freyslebius Ralen
sis, Gratiam, misericordiam & pacem à
Deo per Iesum Christum
Dñm nostrum.

QUEM ADMODUM proximis meis
ad te literis recepi, me tibi summam et
breuibus, solidis tamen & iuxta catholice ac or-
thodoxe Christiane fidei analogiam oraculis, sen-
tentijs & testimonijs, ex proprijs Papistarum,
& S. Patrum atq; Ecclesiasticorum Scriptorum li-
bris, precibus, doctrinis & sermonibus sumptis
& collectis expositurum ac confirmaturum, Quod
coram diuino tribunalisola fiducia gratie & mi-
sericordie Dei propter Christum, & non meritis
nostris iustificemur, & saluemur, &c. Hoc itaq;
in presentiarum, rudi licet Minerua (Syluam e-
nim tantum tibi quandam sum exhibiturus) uere
tamen, et ut aiunt, bona fide sum prestaturus. Tu
ergo uide, ut uicissim pacto stes, datamq; fidem
tuam liberares, qua mihi persancte es pollicitus, te
actutum, simul atq; promissis meis respondero,
ueritati hac in causa reuenter cessurum, ma-
numq; ei daturum perlibenter. Christus faxit, ut
uterq; nostrum id, quod sua sponte & scienter
uoto susceperit, candide & pie perficiat, Amen.

SYLVA QVÆDAM TESTIMONIORVM EX PROPRIIS Papistarum, atque S. Patrum, atq; Ecclesiasticorum Scriptorum libris collecta, qua meridiana luce clarius indicatur, probatur, & convincitur: quod coram diuino iudicio, SOLA fiducia gratiæ & misericordiæ Dei propter Christum sine ullis nostris meritis iustificemur & saluemur,
Autore Ioanne Frey
leben.



VILHELMVS Minacensis Ecclesiæ Episcopus, maximus Papistarum Mystagogus, in suo Rationali Diuinorum, lib. 4. titulo de aquæ benedictæ asperione, in hunc modum scriptum reliquit.

FIDES NOSTRA uno Christo, & non de pluribus est, idcirco ut signum signato respondeat, unico altari asperso, uniuersus aspergitur Populus, quia ipse SOLVS est, qui tollit peccata mundi.

*Christus
solus tollit
peccata
mundi*

IDEM EODEMLIBRO TIT.
de præfatione, in hæc uerba:

VERE dignum & iustum est, æquum & salutare, sequens scholion annotauit.

DIGNVM, quia nos mera uoluntate fecisti.

IUSTVM

IUSTVM, quia nos pura misericordia redemisti.

ÆQVVM, quia **GRATVITO** nos Deus nos iustificas.

gratuito . **SALVTARE**, id est, salute plenum, iustificat. quia perpetuo nos glorificas.

Quid potuit dici charius?

IDEM EODEM LIBRO, QUARTA parte Canonis de eo, quod post consecrationem hostiæ & calicis, oscula per Papisticum Sacrificum à sinistris calicis fiant.

ILLVD quod est ex nobis in iustificatione nostra, est quidem diminutum & modicum, respectu eius quod ex Deo est: Merito ergo oscula fiant, à sinistra parte calicis, quæ est pars diminuta & obliqua respectu dextræ. Fiunt tamen iuxta hostiam, tum quia in iustificatione plura & nobiliora sunt à Deo seu à Christo: tum quia etiam illud quod à nobis est, potius haberet rationem mali quam boni, nisi

Quicquid à Deo obtinemus, sola misericordia eius obtinemus. quodammodo esset à Deo per gratiam præuenientem elicitum, regulatum & **ACCEPTVM**. Porro sunt oscula ipsa, manibus super altare depositis, ad designandum quod ad hoc opera eius non sufficit, quod **SOLVM** Dei misericordia obtinetur.

eius obtinemus.

IDEM EODEM LIBRO, SEPTIMA parte Canonis, super hæc uerba, Effundetur in remissionem peccatorum,

PEC

P E C C A T V M duobus modis remittitur, uidelicet quo ad meritum culpæ, & hoc per sanguinis fidem, qua iustificamur à culpa, & quo ad debitū, pœnæ: & hoc per sanguinis pretium, qua redempti sumus à pœna. Omnes enim quasi oues errauimus, unusquisque enim ad in uiam suam declinauit. Et Dominus potuit in eo iniquitates omnium nostrorum. Vnde uulneratus est propter iniquitates nostras, atque tritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Quia ergo iustus iniuste punitus est, iniusti iuste liberati sunt. Assumpsit enim in se pœnam **P R O O M N I B V S**, ut **D A R E T** se per gratiam uniuersis.

Hunc locum obserua studio se, ualet enim ad multa.

I. Quod per fidem sanguinis Christi et à culpa iustificamur & à pœna liberemur

IDEM LIBRO V. DE DIVINIS
Officijs, tam nocturnis quàm diurnis.

Benedicamus Domino, dicitur quandoque à pueris, qui sunt imperfectæ ætatis, ad notandū * omnia opera nostra imperfecta esse. Et quod omnis laus nostra puerilis & imperfecta est ad comparisonem Dei, quem laudamus. Quicquid enim hic dici potest, minus à laude Dei est. Ac si dicat Ecclesia: Laudamus, sed laudando non sufficimus: quia supereminentia peccatorum Deo exoluendas obtruserūt, mera sint figmenta. * Iusticia operum nostrorum imperfecta est & insufficientis.

II. Quod satisfactioes illæ pœnitentiales, quas nobis Pa-pistæ perstantibus pœnitibus peccatorum

mentia Dei, eloquium nostrum & intellectum
superat, & c. Dicitur etiam quandoque à Ma-
ioribus, ad signandum, quod in æterna bea-
titudine cum Dño perfecti erimus laudatores,
quia in hac uita non possumus esse perfecti.

*Nō pos-
sumus in
hac uita
esse perfe-
cti.*

IDEM EODEM LIBRO TIT.
de Completorio.

Incipientes per **Conuerte nos Deus salutaris
noster, oramus, ut nos à malis conuertat,
& iram suam à nobis auertat. Et quia merita
nostra non sufficiunt, eius adiutorium postu-
lamus, dicentes: Deus in adiutorium meum
intende, & c.**

*Merita
nostra
non suffi-
ciunt.*

IDEM LIBRO VI. DE FERIA
quinta post Palmarum.

CHRISTVS sola misericordia crimi-
na tollit, ideo Poenitentes hac die Ecclesie re-
conciliantur.

IDEM EODEM LIBRO DE DIE
sancto Pentecostes.

Sane octaua Pentecostes celebratur, quia
sicut in Septenario hebdomadarum qui præ-
cedit, intelligitur perfectio bonorum operum
septiformis spiritus, ita in octaua intelligitur
consumatio præmiorum, quorum utrunque
appropriatur Spiritui sancto, licet tota Trini-
tas utrumque operetur, quoniam indiuisibilia
sunt opera Trinitatis. Sed quia spiritus sanctus
est

est amor Patris & Filij, & ex S O L O amore,
hoc dat & dabit nobis Dominus, idcirco Spi-
ritui sancto adscribitur, &c.

Ex solo
amore
dat nobis
deus præ-
mium ui-
tæ eter-
næ.

SVBIVNGAM NVNC PRECV
las quasdam Ecclesiæ, quas quidem Papistæ
in quotidiano fere usu habent, & obmurmur-
rant: sed sine uero intellectu & sensu, & hæc
nostram propositam sententiam de ius-
tificatione per fiduciam gratiæ
Dei confirmant.

AD PRIMAS SIC ORANT:

Domine sancte Pater omnipotens æter-
ne Deus, qui nos miseros Peccatores ad prin-
cipium huius diei, non nostris meritis, sed tua
sanctissima ac benignissima gratia peruenire
fecisti, tua nos hodie & quotidie sana & salua
uirtute, &c.

* Sancti-
& indiso-
solubile
est argu-
mentum
à minore
ad maius,
in quo id,
quod præ-
mium, ue-
rissimum
fit oportet.
Etu-
sus est e-
sepius
Christus

Obserua hic diligenter, Sinon nostris me-
ritis, ergo sola gratia Dei. * Tantū igitur ab-
est, ut proprijs nostris meritis nobis remissio-
nem peccatorum & uitam æternam mereri
ualeamus, ut ne illis quidem temporariæ uni-
us diculæ exordium emereri queamus.

DOMINICA V. POST EPIPHA-
niæ Domini, & Sabbatho post secundā Do-
minicam in Quadragesima sequentem
oratiunculam habent.

Familiam

in Euangelio Matth. 16. & Ioan. de prouidentia diuina.

Familia Dei, hoc est, Christi Ecclesia, sola fiducia celestis gratia nititur. **Familiam tuam quaesumus Domine continua pietate custodi, ut quae SOLA spe gratiae celestis nititur, celesti etiam protectione muniat.**

**FERIA QUARTA POST
Palmarum.**

*Profite-
tur Eccle-
sia sibi à
Deo per
mortem
Christi
vitam æ-
ternam
datam esse,
et orat
quod De-
us largiri
velit, quo
hoc firmi-
ter cre-
dat.* **Largire sensibus nostris omnipotens Deus, ut per temporalem filij tui mortem, quam ueneranda mysteria testantur, uitam nobis te dedisse perpetuam confidamus, &c.**

IN MISSA CONTRA TENTATIONEM Carnis.

*Dirumpe Domine uincula peccatorum nostrorum, ut sacrificare tibi hostiam laudis absoluta libertate possimus, retribue, quae ante tribuisti, & salua nos per * indulgentiam, quos saluare dignatus es per GRATIAM.*

IN MISSA ADVERSUS TRIBULATIONEM peccatorum.

*Ineffabilem misericordiam tuam nobis Domine clementer ostende, ut simul nos à peccatis omnibus exuas, & à * poenis, quas pro his meremur, eripias.*

IN
** Per gratiam et indulgentiam Dei saluamur. * Orat
Ecclesia, hoc est, confidit se à culpa et à poena, misericordiam Dei liberari.*

IN MISSA PRO AMICO
peccatore.

Deus qui iustificas impium, & non uis mortem peccatorum, maiestatem tuam suppliciter deprecamur, ut Famulum tuum de tua misericordia confidentem, cœlesti protegas benignus auxilio, & assidua protectione conserua, ut tibi iugiter famuletur, & nullis tentationibus à te separetur.

Deus est
qui iustificat im-
pium. Ro. 3
& nō im-
pius seip-
sum.

ITEM IN CONCLVSIONE SINGULARUM horarum (ut uocant) Canonizarum, sequentem precatiunculam semper annectunt.

O Domine Iesu Christe fili Dei uiui, qui dixisti, nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur & uiuat: pone mortem & amarissimam passionem tuam inter animas nostras, & districtum iudicium tuum, Amen.

ECCLESIA hac prece nihil aliud uoluit nec etiamnum uult, quam ut hoc Psalmographi ex animo coram Deo precari discamus, quod inquit: Non intres Domine in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Hoc est, ut discamus nullis nostris bonis operibus aut humanis meritis coram diuino iudicio fidere: sed sola gratia & misericordia Dei nobis in Christo promissis & exhibitis niti. Deo enim accusatore,
E nemo

Annota.

Psal. 143.

nemo mortalium absoluitur: adeo exacta, se-
uera & absoluta sunt Dei iudicia. Quare pie &
probe à D. Gregorio lib. 3. Moralium scriptū
est, cum ait: Non solum mala quæ gessimus,
sed etiam si quæ sunt in nobis bene gesta, time-
amus, quia sæpe in Dei iudicio culpa esse des-
prehenditur, quod uirtus ante iudicium pu-
tatur, & unde expectatur pia merces operis,
inde sequitur iudicium æternæ ultionis. Ipsa
enim nostra bona operatio culpa nunquam
caret, nisi hanc districtus Iudex in subtili lan-
ce examinis misericorditer penset. Hæc quidē
ille. Quid multa? Omnes sancti iudicium cum
Deo nunquam non sunt deprecati. Dum es-
nim is iure suo egerit, nemo est, qui causa non
cadat, capitisque reus peragat. Adeo multa pec-
camus illi uniuersis, quare omnium est precari:
Dimitte nobis debita nostra, & iudicium cum
eo, uel nobis ipsi iudicibus, deprecari. Hoc
sancta Ecclesia bene nouit, ideo suppliciter &
uere id deprecatur. Nostri uero Papiste San-
ctorum simiæ, isthuc credere nolūt, ideo sum-
mis tantum labijs hoc submurmurant, in tes-
timonium contra seipso.

PETRVS LAMBARDVS LIB.
iij. Sententiarum, dist. 25. uerbis D. Au-
gustini ad Opratum, hanc pronun-
ciant sententiam.

Sana fides Illa fides sana est, qua credimus nullum ho-
minem siue maioris, siue paruulæ ætatis libe-
rari

rari à contagione mortis & obligatione peccati, quod prima natiuitate contraxit, nisi per unum Mediatorem Dei & hominum Christum Iesum, cuius hominis eiusdem Dei saluberrima fide etiam illi iusti sunt salui facti: qui priusquam ueniret in carnem, crediderunt in carnem uenturum, eadem enim fides est & nostra & illorum. * Proinde cum omnes iusti, siue ante incarnationem, siue post, nec uixerint, nec uiuant, nisi ex fide incarnationis Christi, profecto quod scriptum est: Non est aliud nomen sub coelo, in quo oporteat saluari nos, ex illo tempore ualet ad saluandum genus humanum, ex quo in Adam uitiatum est.

I D E M.

Nemo liberatur à damnatione, quæ facta est per Adam, * nisi per fidem Iesu Christi.

Hæc ille.

HACTENVS QVIBVSDAM quasi uelutibus ac manipularibus militibus aciem instruxi, & acrobolismum ac primam coitionem feci, nunc uero aliorum quorundam ceu Triariorum ordinem cum suis Rorarijs ac accensis submittam, apud quos in hac nostra conflictatione uictoriam ipsam certo statuam persuasissimum habeo, quando per præmissos

E n̄ paucos de incarnationis Christi uixerunt, & nunc quoque uiuunt. Actorum 4. * Obserua hic conuentionem exceptiuam, nisi, excludit enim in causa salutis omnia alia, præterquam Iesum Christum.

Nemo mortaliū ab obligatione peccati liberatur, nisi per fidem unius mediatoris Iesu Christi.

Vna est eadem fides semper.

* Quot quot à cubilibus mundi & iusti fuerunt, ac etiam nunc sunt, ex fide de incar-

paucos illos Manipulares nostros, exercitum
aduersariorum nostrorum, satis superque
ad panolethrian labefactam
uimus usque.

ORIGENES LIBRO III. COM
mentariorum in Epistolam Pauli ad Roma
nos, interprete D. Hieronymo, ita
inquit Apostolus hisce
uerbis.

Arbitramur igitur fide iustificari hominem
absque operibus legis, dicit SUFFICERE
Solius fi SOLIUS FIDEI iustificationem, ita ut
dei iustifi credens qui tantummodo iustificetur, etiam
catio: suf si nihil ab eo operis fuerit expletum, Quod si
ficit. exemplum requiramus, quis sine operibus so
la fide iustificatus sit, sufficere arbitror illum
latronem, qui cum Christo crucifixus, clama
uit ei de cruce: Domine Iesu, memento mei
cum ueneris in regnum tuum. Nec aliud quic
Luce 23. quam describitur boni operis eius in Euange
Sola fide lijs, sed pro hac SOLA fide ait ei Iesus:
Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso.
Per fidem ergo iustificatus est hic latro sine
operibus legis. Quia super hoc Dominus non
requirit, quid prius operatus esset, nec expe
ctauit, quid operis cum credidisset expleret, sed
sola confessione iustificatum comitemque sibi
paradisum ingressurus assumpsit. Sed & ad
Luce 7. mulierem, quae in Euangelio secundum Lucam
Sola fide. refertur, ex nullo legis opere, sed pro SOLA
fide

fide, ad eam ait: Remittuntur tibi peccata tua:
Et iterum: Fides tua te saluam fecit, uade in
pace. Sed & in multis Euangelij locis hoc ser-
mone usum legimus Seruatorem, ut credentis
causam dicat esse salutis eius. Et paulo post ite-
rum scribit. Phariseus etiam in Euangelio se-
cundum Lucam multa iactauit, & fortassis
uere: sed secundum Domini sententiam iactan-
tiae morbo corruptus, non descendit iustifica-
tus de templo. Ea ergo gloriatio, quae uenie-
bat ex operibus legis, nihil utilis erat, quia non
habebat humilitatem crucis Christi: In qua qui
gloriatur, audi quid dicat: Mihi autem absit
gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Chris-
ti, per quem mihi mundus crucifixus est, & es
go mundo. Vides Apostolum non gloriantem
super iusticia sua, neque super castitate, neque
super sapientia, neque super caeteris uirtutibus
aut actibus suis, sed apertissime pronuncian-
tem & dicentem: Qui gloriatur, in Domino
glorietur: & sic exclusa est gloriatio. Quis es-
nim recte uel super castitate sua gloriabitur,
cum scriptum legat: Si quis aspexerit mulie-
rem ad concupiscendam eam, iam moechas-
tus est cum ea in corde suo: Vnde & Prophe-
ta dicit: Quomodo gloriabitur quis castum
se habere cor: Aut quis gloriabitur super sapi-
entia, cum dictum audiat: Quae stulta sunt
mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes:
Quis autem uel super iusticia sua gloriabitur
cum audiat Deum per Prophetam dicentem:
Quia omnis iusticia nostra, sicut pannus mu-
lieris

Luca 18.

Galat. 6.

Vides etiam
loqui de
omnibus
operibus.

1. Cor. 1.

Matt. 5.

Prou. 20.

1. Cor. 1.

Esai. 64.

E in lieris

Sola in fi lieris menstruatae? Sola igitur iusta gloriatio
de iusta est in fide crucis Christi, quæ excludit omnem
gloriatio illam gloriationem, quæ descendit ex operibus
legis. Ex quibus omnibus claret, quod recte ar
bitratur Apostolus, iustificari hominem per
fidem sine operibus legis. Sed fortassis hæc a
liquis audiens resoluatur, & bene agendi ne
gligentiam capiat, siquidem ad iustificandum
Occupatio. sola fides sufficiat. Ad quem dicimus: Quia
post iustificationem, si iniuste quis agat, sine
dubio iustificationis gratiam spreuit. Neque
ad hoc quis accipit ueniam peccatorum, ut
rursum sibi putet peccandi licentiam datam.
Indulgentia namque non futurorum, sed præte
ritorum criminum datur. Hæc omnia Origenes
in prædicto commentario.

BASILIVS IN CONTIONE DE
humilitate tradit egregiam sententiam de ius
ticia fidei, quæ nobis aperte patrocinator,
sicut Philippus Melanchthon in libello de Ec
clesiæ authoritate, & de ueterum scriptis scri
bit. Sine ulla enim Sophistica detrahit iustifi
cationem bonis operibus: nec loquitur de cæ
remonialibus, sed de omnibus uirtutibus: nec
tantum loquitur de operibus ante renouati
onem, sed de uirtutibus in renouatis, ac iubet
sentire, quod sola fiducia misericordie propter
Christum promissæ iusti sumus.

Verba Basilij hæc sunt:

1. Cor. 1.

Dicit autem Apostolus: Qui gloriatur, in
Domino

Domino gloriatur: dicens, quod Christus nobis factus sit sapientia à Deo, iusticia, sanctificatio & redemptio: ut (sicut scriptum est) gloriaturus, in Domino gloriatur. Hæc est enim perfecta & integra gloriatio in Deo, quando ne quidem propter iusticiam suam aliquis effertur, sed agnoscit sibi deesse ueram iusticiam, fide autem SOLA in Christum iustificari, & gloriatur Paulus se despiciere suam iusticiam, quæ ex Deo est. Philip. 3o

AVGVSTINVS, ET EST RE-
petitum in Decretis Canonicis, de Pœni,
dis. ij. C. Charitas paragrapho,
Item Dominius,

Cum ergo reprobus in Dominum non credit, quem non manducauit, & ita fidem Christianorum: qua SOLA peccata relaxantur, non habuit, &c.

AMBROSIVS IN EPISTOLAM
ad Corinth. capit. i. super hæc uerba: Gratis
asago Deo meo pro uobis de gratia
Dei, quæ data est uobis
per Christum.

Hoc enim constitutum est à Deo, ut qui credit in Christum, saluus sit, sine opere SOLA fide, gratis accipiens remissionem peccatorum. Sola fide
iustificamur &

E iij HILAR. Saluemur

HILARIUS CIRCA HISTORI-
am de Paralitico, Matth. 9. bene annotauit,
quemadmodum D. Erasmus Roterodamus
in suo Ecclesiasta lib. 3. sub-
indicat, cum ille
ait.

*Sola fides
iustificat,* A Christo per fidem remissum est, quod
lex laxare non poterat. Fides enim SOLA
iustificat. At qui hæc uox (inquit Erasmus) tot
clamoribus hoc sæculo lapidata, in Hilario
reuerenter auditur.

CHRYSOSTOMVS SCRIBENS
in hunc locum, Acto. 15. Fide purificans
corda eorum.

*Sola fide
corda pu-
rificatur* A SOLA fide (inquit) illa assequuti sunt,
& non ex operibus uel circumcissione, &c.

D. HIERONYMVS CONTRA
Pelagianos.

*Iusticia
nostra ex
Dei mise-
ricordia.* Tunc ergo iusti sumus, quando nos pecca-
tores fatemur. Et iusticia nostra non ex pro-
prio merito, sed ex Dei consistit misericordia.

AUGVSTINVS SERMO. XLIX.
de tempore, Dominica quinta post octa. Epi-
phaniae Domini. Sermo. 2. in hæc uerba
Apost. ad Philip. 3. Secundum ius-
ticiam, quæ ex lege est, &c.

Habens

Habens ergo unusquisque concupiscentiam, attendat legem dicentem: Non concupisces, inuenit in se quod illa prohibet, fit & sit reus legis. Inueniens autem in se, tui subditus est, incipiat iam dicere: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: Respondeat Medicus: GRATIA DEI per Iesum Christum Dominum nostrum. Gratia Dei, non merita tua, non opera tua, &c.

Ab accusatione legis et peccato liberamur

AMBROSIVS IN EPISTOLA ad Irenæum quendam.

gratia Dei, non meritis nostris.

Subditus autem mundus eo per legem factus est, quia ex præscripto legis omnes conueniuntur, & ex operibus legis nemo iustificatur, id est, quia per legem peccatum cognoscitur, sed culpa non relaxatur. Videbatur lex nocuisse, quia omnes fecerat peccatores, sed ueniens Dominus Iesus, peccatum omnibus quod nemo poterat euitare, donauit, & chirographum nostrum sui sanguinis effusione deleuit. Hoc est, quod ait: Abundauit peccatum per legem, superabundauit autem gratia per Iesum. Quia postquam totus mundus subditus factus est, totius mundi peccatum abstulit, sicut testificatus est Ioannes, dicēs: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Et ideo nemo gloriatur in operibus, quia nemo factis suis iustificatur. Sed qui iustus est, donatum habet, quia post lauacrum iustificatus est. Fides ergo est, quæ liberat per sanguinem

Ioan. 1. Nemo ex factis suis iustificatur, sed donatiōe Dei iustificamur.

E v

Christi Roma. 8.

Christi, quia beatus ille, cui peccatum remittitur,
tur, & uenia donatur.

BERNARDVS SERM. 3. DE
Annuntiatione.

Auditam fac mihi mane misericordiam
tuam, quia in te speravi Domine. Sola nimis
rum spes apud te miserationis locum obtinet,
nec oleum misericordiae, nisi in uale fiducia
ponis. Sed est infidelis fiducia, solius utiq; ma-
ledictionis capax, cum uidelicet in spe pecca-
mus. Quanquam nec fiducia illa dicenda sit,
sed insensibilitas quaedam, & dissimulatio per-
niciosa. Quae enim fiducia est ei, qui periculum
non attendat? Aut quod ibi timoris remediū,
ubi nec timor sentitur, nec materia ipsa timor-
is? Fiducia solatiū est, nec ille solatio dignus,
qui laetatur, cum malefecerit, & in pessimis re-
bus magis exultat. Rogemus itaque fratres,
responderi nobis, quantas habeamus iniquita-
tes & peccata, scelera nostra atq; delicta nobis
desideremus ostendi. Scrutemur uias nostras
& studia nostra, periculaq; uniuersa uigili intē-
tione pensemus. Dicat quisque in pauore suo
uadam ad portas inferi, ut iam non nisi in SO-
LA Dei misericordia respiremus. Haec uera
hominis fiducia est a sese deficientis, & inniten-
tis Domino. Haec inquam uera fiducia est, cui
misericordia non denegatur, Propheta testan-
te: Beneplacitum est Domino super timentes
eum, & in his qui sperant super misericordia
eius

In sola
Dei mise-
ricordia
respiran-
dum.
Psal. 146

eius. Nec parua utique supererit nobis, in nos
bis quidem, causa timoris, in ipso autem causa
fiduciae, &c. Sic ille.

SIMON DE CASSIA IN OPERE
illo suo de religione Christiana aureo, quo
quatuor Euangelistarum scripta, maiori ex
parte commentarijs elucidauit, sequentibus
manifestissimis oraculis, sententiam nostram
de iustificatione in liminari harū schedarum
præfixam, ex autoritate sacre scripturę docuit,
docendamq; multis in locis præ
scripsit, libro primo, cap.
xxvi. sic inquit.

Si salus ex iusticia bonorum operum esset,
frustra Christus crucifixus est, & gratia non
esset gratia, si saluaret nostra iusticia. Misericordia
Dei non esset misericordia, quam pro
iustis & peccatoribus continue quærit à Deo
Ecclesia. Ipsam igitur inuocemus, ipsam que
ramus, ad eius *curiã à sententia diuinæ ius
ticiæ appellemus, ipsi subdamur, sub eius alis
quiescamus, & dicamus: Misericordiæ Domi
ni, quod non sumus consumpti, nec defecerunt
aut deficient miserationes eius, qui mis
erereri non deficiens, dedit nobis unigenitum
suum, qui secundum Apostolum, factus est
nobis à Deo sapientia, & iusticia, & sanctifica
tio, & redemptio, ut non in nobis simus confi
dentes, sed in ipso, &c.

Hoc fere
in omnia
bus ordi
natis suis
preculis,
quas col
lectas uo
cant, fac
cit.

* A tri
bunali iu
dicantis
iusticiæ
Dei, ap
pellandã
nobis: est
ad curiã
diuinæ mi
sericor
diæ.

Ioan. 3.

IDEM 1. Cor. 1.

IDEM LIBRO TERTIO
capite primo.

Roma. 3. Nemo iustus inter homines, nisi qui peccare non potuit. Et quanquam multi dicantur iusti, non tamen proprio, sed istius iusti merito sunt facti participes, cuius exaltata sunt corona, uidelicet Crucis, &c.

Iusti sumus non nostro, sed Christi merito.

ITEM IBIDEM.

Galat. 2. Hoc omnino me in scientia præterit, quod aliqua poenitentia posset superare peccatum, cum sit infinitum, pro eo quod infinito Deo displicuit. Audacter dixerim, si potuisset homo delicta & peccata per poenitentiam superare, gratis fuisset crucifixio Saluatoris. Sed quia homo per poenitentiam peccatum superare non potuit, nec posset etiam, si mala omnia in unum conflata, pateretur, ideo infinitus Deus per assumptam carnem pro omnibus in cruce poenitentiam egit, &c.

Homo non potuit, nec etiam nunc potest per poenitentiam

IBIDEM.

sua peccatum superare, hoc est, pro peccato satisfacere. Quanquam Ioannes immunis dici potuisset a tali contagio, quod per Baptisma abluere non habet, non tamen potuisset in superna conscendere, nisi Christi *passio, qua humani generis peccata, & meritis eius conceditur regnum cælorum.

ni generis peccata DONANTVR: cuius *Ephes. 5.*
merito cōceditur regnum, coelorum: & mors, *¶ 2.*
& resurrectio & ascensio præcessisset, &c.

IDEM LIBRO QVINTO

capite 33.

Sumus omnes ex nobis tenebræ, lux autē *Miseri-*
in Domino, & omnes nascuntur filij iræ, misere- *cordiam*
ricordiam uero Dei dono consequimur. *Dei dono*

IDEM LIBRO SEXTO,

capite decimosextimo.

consequi-
mur.

Pater misericordiarum Deus, & indulgen-
tiæ libens dator, filium suum misit in terris, ut
generi humano monstraret, quod antiquam
dimittebat offensam, gratis tamen nullis ho- *Gratis di-*
minum præcedentibus meritis, nullis datis sa- *mittit no-*
tisfactionum obsequijs: qui pro ut fecit nobis, *bis Deus*
facere nos ad inuicem docuit, atq; monstra- *offensam*
uit: scilicet remittere iniuriam, & dare poeniten- *nullis no-*
tibus ueniam, &c. *stris præ-*

IBIDEM SVPER HÆC VERBA: *cedentib.*

Patientiā habe in me, & omnia reddam *meritis,*
tibi, &c. Matth. 18. *aut satis-*

Sed unde omnia reddere repromittit? Quæ *factioni a-*
nobis potest prouenire fiscalis pecunia, unde *bus.*

nobis *Hic pic-
canit Ecclesia: Qui pro nobis æterno Patri, Adæ debitum sol-
uit, & ueteris piaculi cautionem pio cruore deterfit.

nobis suppetat debiti euacuandi facultas: Vna
 duntaxat ex precio sanguinis filij Dei, ex quo
 omnis debiti nostri summa uacuatur, ex quo
 paterna debita & propria quæq; soluuntur,
 nec non & chirographum diabolici decreti,
 quod aduersus nos erat ex peccato proprio uel
 paterno, reddita summa debiti diuino scalpels
 lo destruitur. Hanc stipulationem de soluend
 do nemo sibi arroget, nec alicui Angelorum
 siue Sanctorum appropriet, nisi ei qui pecca
 tum non fecit, & pro peccatis nostris talia sus
 tinuit tormenta, qui totius nostri debiti sum
 mam in se Patri pro nobis soluturus, in cruz
 eis ara suscepit, &c.

Totius
 debiti no
 stri sum
 mæ Chri
 stus pro
 nobis in
 cruce pa
 tri soluit
 Luc. 18.

Christū
 nihilo pen
 dentes qui.

Hier. 17

IDEM PRÆDICTO LIBRO
 capite xxv.

Qui sunt, qui in se confidunt, nisi à seipsis
 existimantes esse uirtutes, & de propria uirtus
 te gloriantes, ac si eis oportuna non esset mis
 serieordia Dei, confidentes in propriarum ius
 sticia factionum. Qui Christi mysteria, incar
 nationem, natiuitatem, actiuam uitam & con
 templatiuam, eius conuersationem & doctri
 nam, signa & opprobria, poenas & crucem,
 mortem & sepulturam, resurrectionem & as
 censionem, confirmationem ex paraclete, au
 thoritatem clauium, effectum Sacramentorū
 nihilo pendentes, à complacentia suarum di
 rectionum distorti. Sed maledictus homo,
 qui confidit in homine, Et qui cōfidit in seipso
 nonne

nonne in homine confidit? Quoniam unusquisque ad seipsum tantum est homo. Sed peior adiecta conditio, quoniam confidentia ex iusticia sumit exordium, cum omnes iusticiae nostrae sint quasi panus menstruae. Et etiam asserit ipse Sæluator: Cum omnia bene feceritis, dicite, serui inutiles sumus, fecistis quod debuistis. Et Apostolus: Quid habes, quod non accepisti? Et si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Et alibi: Non sumus sufficientes aliquid cogitare ex nobis tanquam ex nobis, sed omnis nostra sufficientia ex Deo est. Et qui gloriatur, non in seipso, sed in Domino gloriatur. Vnde igitur confidentia ex propria iusticia exoritur in hominibus? Execrabilis est omnis homo, deiciendus à Deo, ut spiritus ille Lucifer de caelo, si confidat in seipso, iustum se reputans ex actionibus legis. Sed nec dum lex Mosaica, sed etiam Euāgelica per omnia deducta in actum non sufficeret ad iusticiam, nisi iustificati essemus in sanguine Redemptoris.

Iesa. 64.

Luca 17.

1. Cori. 4.

2. Cor. 3.

Hiere. 9.

2. Cor. 1.

Nulla iusticia bo-

norum o-

perū, si-

ue sit le-

galium, si

ue Euang-

gelicorū

sufficit ad

iustifica-

tionem.

IDEM EODEM LIBRO CAP.
 memorato, super hæc uerba Christi, Lu.
 xvij. Descendit hic ab illo
 iustificatus,
 &c.

Vnde iustificatus? Quia se cognouit in
 excusare peccatorem, neminem aspernans,
 non in se confidens, & SOLVM misericors
 diam

Deus iu- diam Dei implorabat, quem Deus iustificauit
stificauit ex misericordia, non inspecta peccati miseria,
Publica- ab illo Pharisæo remanente in altitudine cor
num ex dis sui, &c.

miseri- **IDEM LIBRO NONO CAPIT.**
cordia. xxxiiij. Maria autem habens alabastrum,
Ioan. 12. accepit libram unguenti nardi pistici
preciosi, &c. Ioan. xij.

Iusticia Nemo iustificatus est ex lege, sed ex fide,
nostra to quæ secundum Euangelium est. Libra duodec
ta consi- cim uncis constat. Et fidei articuli duodecim
stet in fide sunt. Libretur libra ista in trutina ueritatis, &
Euange- perspiciuntur, quid & quantum boni ipsa
lica. cõtineat, ubi nostra iusticia **TOTA** consistit.
Roma. 3. Resoluatur in uncias, & patebunt duodecim
articuli secundum numerum duodecim Apo
stolorum. Ex qua fide iustificatio est, non per
legem, quoniam secundum Apostolum, ex
operibus legis non iustificabitur omnis caro
coram illo: Et paulo post: Arbitramur homi
nem per fidem iustificari **SINE** operibus legis.
Abacuc. 2 Et per Prophetam dicitur: Iustus ex fide uiuit.
Ideo iustus uiuit ex fide, quia per fidem Iesu
iustificatus est ad æternam uitam, &c.

Matt. 24 **IDEM LIBRO NONO CAP. 54.**
Luce 21. de destructione Hierusalem &
Templi in ea, &c.

Mirum quidē, sed memoria dignum, quod
post

post Christum omnia destructioni patuerunt,
& omnis dignitas Iudæorum inde remota est,
nec illa Synagoga Iudæorum cum templo &
Hierusalem habentibus statum, non sic nouo
rum mysteriorum fides astrui potuisset. Fa-
cile quidem & rudes & minus sapientes fecis-
sent in illa relapsum, si non fuissent ablata post
Christum. Et una semper fuit iusticia ex fide,
nunquam autem ex operibus legis, ex dignitate
templi & ceremonijs Synagogæ. Et quan-
quam in posterum multa facta sint templa,
siue iusticia in honore Christi atque sanctorum
eius, & magna diligentia custodita, non ta-
men ea fide, ut in illis iustificemur, sed ut quodam
signo unitatis honeste sacrificia maneant. Ius-
ticia quidem, qua iusti homines fiunt, sine tem-
plis & domibus agitur. Non enim Christus
uoluit, ut uera & Christiana iusticia in rebus
manufactis ab hominibus crederetur, &c.

IDEM LIBRO X. CAP. VII. IN
hæc uerba: Beati qui esuriunt & si-
tiunt iusticiam, &c. com-
mentatur.

Non autem legalem iusticiam sufficit esu-
rire, sed iusticiam Dei, ut Apostolus pro se &
omnibus fidelibus asserit: Ut inueniar in illo
non habens meam iusticiam, quæ ex lege est,
sed illam quæ est ex fide Iesu Christi, quæ ex
Deo est iusticia in fide, ad cognoscendum illum,
& uirtutem resurrectionis eius, & societatem
passionum

Unica
semper fuit
iusticia
ex fide, et
nunquam
ex operi-
bus, aut
ceremo-
nijs.
Merck
eben ihu
Tempel
vñ mess
knecht.
Christi
ana erue
ra iusti-
cia non
consistit
in rebus
manufa-
ctis.

Matt. 5.
Philip. 3.

F

passionum

Sola fides passionum illius configuratus morti eius.
 imputata Nam & Abrahæ solum credulitas sibi ad ius-
 est Abra- sticiam deputata est, unde scriptum est: *Credis*
 hæ ad ius- dit Abraham Deo, & reputatum est illi ad ius-
 sticiã, er- sticiã. Et hæc est fiducia, quæ osculum paci-
 go & o= dedit, ut esset inter Deum & nos, non iusticia
 mnibus legis aut circumcisionis, cū scriptum sit: *Iustis*
 credenti- cia & pax osculatae sunt. Hæc iusticia eleuat
 bus. gentem, scilicet cum crediderit, miseros facit
 Rom. 4. eniam dicitur: *Nosse enim te, consummata*
 Gene. 15. est iusticia. Non enim aliter in hac uita, quam
 Sola fides per fidem noscitur Deus uerus & humanatus
 iusticia est filius eius. *Et agenda uita in iusticia, omni-
 consum- mode fit ex fide, cum Propheta dicit: *Iustus*
 mata. autē in fide sua uiuit. Omnibus satagentibus
 Sapi. 5. ad salutem indicitur ista esuries atq; sitis, ut in
 Ioan. 17. iusticia fidei stabiles, & in ipsa duntaxat spes
 * Bona rantes inueniamur operibus additis, cum fides
 opera de sine illis mortua indicitur, dicente Iacobo. *Fis*
 bent om- des sine operibus mortua est in semetipsa, &c.

ET PAVLO POST.

dis fieri * Sed nemo animam suam fallat, ut si perfe-
 ex fide. cerit omnem iusticiæ regulam, omnem ueteris
 Rom. 14. & noui testamenti compleuerit iussionem,
 Abacuc. 2. & etiam consiliorum perfectionem adiecerit,
 Galat. 2. Galat. 5. quod
 * Bona operantes in sola tamen iusticia fi-
 dei sperare debemus, * Nota bene, simpliciter & apte dicit.

quod per hoc ex sufficienti merito æternæ sa-
turitatis præmium impendatur. Nam sicut
de iusticia legis, ita & de Euangelica intelligen-
dum est, quod dicit Apostolus: Si per le-
gem iusticia, ergo Christus gratis mortuus
est. Et quamuis iustificari dicamur per fidem,
non ea plenitudine, quin misericordia diuina
excedens merita nostra, opus sit, quæ supra
meritum & condignum atq; speratum præ-
miiat fideles, ut in nobis non simus confiden-
tes, &c.

Galat. 2.
Fides mi-
sericor-
diæ Dei,
& iustifi-
cat & sal-
uat, non
meritum
fidei.

IDEM PRÆDICTO LIBRO X.
cap. viij.

Omnes
peccavi-
mus, ideo
omnes mi-

Quotquot in hanc mundi miseriam ex
carnis traduce deuenimus, malis hæreditarijs,
aut ex proprijs acquisitis, digni æterna pœna,
miserabiliter subiaceamus, dumtaxat ad beati-
tudinem diuina misericordia indigentes, qua
SO LA saluandis prouenit salus. Et quanquã
ab adultis iusticiæ opera exigantur, non tamẽ
ad merendum bona superna sufficiunt, cum
omnes nostrę iusticiæ sint, * quasi pãnus men-
struatæ. * Et ad Titum Apostolus scribit: Tametsi
Non ex operibus iusticiæ, quæ fecimus nos,
sed secundum suam misericordiam saluos
nos fecit. * Et Petrus ait: Benedictus Deus,
& Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secun-
dum M A G N A M misericordiam suam
F ij regenes tamen ad
merendum superna sufficiunt. * Iesa. 64. Tit. 2. * 1. Pet. 1.

sericor-
diæ Dei
egemus,
qua sola
saluamur
Roma. 3.
5. & 11.

Tametsi
à nobis iu-
sticiæ ope-
ra exigã-
tur, non

regenes tamen ad

regenerauit nos in spem uiuam per resurre-
ctionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditas
tem incorruptibilem, & incontaminatam, &
immarcessibilem conseruatam in cœlis, in uo-
bis qui in uirtute Dei custodimini per fidem
in salutem paratam reuelari in tempore nos-
trissimo. Et Iudas inquit his, quos ad uirtutes
hortatur. Expectantes misericordiam Domini
nostri Iesu Christi in uitam æternam.

Hactenus quidem hæc ille.

CHRISTIANISSIMVS DO-
ctor Ioannes Gerson in Sermone
de passione Domini
sic ait.

Ex mise- Tanta tamq̃ incomparabilis erga nos pro-
ricordia ditores suos peruersos fuit diuina misericor-
tradidit dia, quod unicum suum filium omnibus pe-
Deus fi- nalitatibus & opprobrijs fecerit obnoxium,
lium suū ut nos à perpetuis inferni liberaret pœnis,
ad suppli- quas merueramus, & ut nos saluaret in glor-
cium. ria: Nec tamē adhuc tali uti uolumus miser-
Christus cordia, imo abutimur potius, in hoc quod
nos à per- mores nostros ad hanc Iesu Christi passionē,
petuis pœ- per bonam *fidem & amorem nolumus con-
nis libera- ferre, eamq̃ nobis appropriare, & eam Deo
uit, & ad offerre, tanquam nostræ redemptionis PRE-
gloriam saluauit. * Per fidem appropriamus nobis passi-
onem Christi.

fuerunt, & futuræ sunt pœnæ, nec omnia futura bona sufficient ad debitorū nostrorum exolutionem & emendationem. Non est igitur sanius consilium, quam hanc benedictam * Passionē pro omnibus debitis nostris Deo offerre. Fit autem huiusmodi oblatio & præsentatio per bonam credulitatem, & huius passionis memoriam, perq̃ criminum nostrorum displicentiam, quæ exegerunt tantam emendationem, & agendas gratias Deo de hac incomparabili misericordia, cum pro nobis inutilibus seruis & inimicis * filiū suum traderit in mortem, &c.

IACOBVS EPISCOPVS IANVENSIS, in Sermonibus de passione Domini scripsit.

In duobus latronibus cum Christo crucifixis, figurati sunt omnes homines, electi & reprobī. * Oēs enim furati fuimus, in primis parentibus secundum Virtutem seminalem, existentes, diuinitatem, quantum in eis fuit, cum eis dictū fuit à * serpente. Eritis sicut dñi. Hoc affectantes uoluerunt (ait Augustinus) rapere diuinitatem, & perdiderunt foelicitatē. * Et propter istā rapinam omnes damnamur ad crucem, penalitatem huius uitæ & mortē. Sed cum hac differentia, quia reprobi patiuntur

F iij
cōmemorationem. * 1. Corint. 11. * Roma. 5. * Gene. 3. * Romanor. 5.

Vide, nūc nostras satisfactiones pœnas, ac merito-ria. nostra bona opera excludat in iustificationis causa.

* Passio Christi pro peccatis nostris Deo offerenda, ergo non nostre satisfactiones, &c.

* Hoc factur cite i me

tur crucem suam poenarum, sed sine fructu sa-
 lutis, quia eos non poeniter, neque se recognos-
 cunt, sed Deum uita sua blasphemant, & ideo
 damnantur. Electi autem confitentes peccata
 sua, & se Deo humiliantes, ad gloriam perue-
 niunt: non VIRTUTE SVA, sed MIS-
 ERICORDIA CHRISTI, uirtute
 Passionis eius. Qui ut Serpens æneus, id est,
 sine ueneno peccati, sed carnem similem nos-
 bis peccatoribus habens, suspensus fuit in li-
 gno crucis, propter debitum furti nostri sol-
 uendum, iuxta illud Psalmistæ: Quæ non rap-
 tui (inquit Iesus) tunc exolvebam, scilicet in
 Cruce, &c.

Ioan. 3. IOANNES LVDOVICVS VI-
 Roma. 8. ualdus in opere suo aureo de contritionis ue-
 Psal. 69. ritate, in explanatione primæ quæstionis, de
 origine scilicet contritionis, sequens oraculum
 Psalmographi inducit: Dixi, confitebor aduer-
 sum me iniusticiam meam, & tu remisisti im-
 pietatem peccati mei, &c. & ait. Explana
 ergo sic uerba Dauid.

Psal. 23. Dixi (id est) in corde meo firmiter delibera-
 ui, firmiter proposui, firmiter statui, peccata
 mea rememorata, discussa & præcogitata con-
 fiteri, ut corde simul & ore fatear iniusti-
 ciam meam aduersum me, scilicet accusando
 meipsum & non alium. Et statim, tu SOLVS
 & non alius, per dulcedinem misericordiæ tuæ
 remisisti impietatem peccati mei.

ET

ET PAVLO POST.

Si à peccato surrexero, hoc non ex me, sed
pura Domini gratia est. Ideo Esaiaë 43. cap.
dicitur sic: Ego sum, Ego sum ipse & non alius
qui deleo iniquitates tuas, propter me, suppie
honorandum & glorificandum. Cum ergo
Daud ait: Tu remissisti impietatem peccati
mei, talis est sensus, **REMISSIO PECCATI
EST EX MERA GRATIA
DEI.**

Hæc ille.

THOMAS DE KEMPIS LIBRO
secundo de imitatione Christi,
cap. ix.

Super quid igitur sperare possum, aut in
quo confidere debeo, nisi in **SOLA** magna
misericordia **DEI**, & in **SOLA** spe gratiæ
coelestis.

IDEM LIB. III. CAP.
quingagesimo primo.

Domine Deus iudex iuste, fortis & patiens,
qui hominum nosti fragilitatem & prauitas
tem, esto robur meum & **TOTA** fiducia
mea. Non mihi sufficit conscientia mea, tu
nostiquod ego non noui, & ideo in omni res **1. Cor. 4.**
prehensione me humiliare debui, & mansuete **2. Cor. 10**
sustinere

F. iiii

sustinere

*Præsenti
animo
hæc lege.*

Psal. 143.

sustinere. Ignosce ergo mihi propicius, quod
ies sic non egi, & dona iterum gratiam ampli
oris sufferentiæ. Melior est enim mihi tua cop
piosa misericordia ad consecutionem indul
gentiæ, quam mea **OPINATA** iusticia
pro defensione latentis conscientiæ. Etsi mihi
nihil conscius sum, tamen in hoc me iustificare
non possum, quia remota misericordia tua,
non iustificabitur in conspectu tuo omnis ui
uens.

**IDEM LIBRO QVARTO,
capite primo.**

*Spes no
stra tota
Christus
1. Tim. 1.
1. Cor. 1.*

Dolendum ualde & miserandum super tes
piditate & negligentia nostra, quod non ma
iori affectu trahimur ad **CHRISTVM** su
mendum, in **QVO TOTA SPES** sal
uandorum consistit & **MERITVM**. Ipse
enim est sanctificatio nostra & redemptio. Ips
se consolatio uiatorum, & sanctorum æterna
fruitio, &c.

**IDEM EODEM LIBRO CAPI
te undecimo.**

Testis es tu mihi Deus, quod nulla potest
me res consolari, nulla creatura quietare, nisi
tu Deus meus, quem desidero æternaliter con
templari. Sed non est hoc possibile durante
me in hac mortalitate. Ideo oportet, ut me po
nam ad magnam patientiam, & meipsum in
omni

omni desiderio tibi submittam. Nam & sancti
tui Domine, qui tecum iam in regno caelorum
exultant in F I D E & patientia magna dum
uiuerent, aduentum gloriae tuae expectabant. Heb. 10.
Quod illi C R E D I D E R V N T, ego credo,
quod illi sperauerunt, ego spero, quo illi perue
nerunt per G R A T I A M tuam me uentur
rum confido. Ambulabo interim in F I D E, 2. Cor. 5.
exemplis confortatus Sanctorum, &c. Hebr. 13.

D. ERASMVVS ROTERODAMVS
in argumento Epistolae Pauli ad
Romanos sic scribit.

Docet Paulus in hac Epistola, ueram iusti
ciam ac perfectam salutem citra legis auxilia,
per Euangelium ac S O L A M fidem in Chri
stum conferri ex aequo omnibus, &c.

IDEM IN PARAPHRASI EIVS
dem Epistolae, capite tertio.

Iustificatio quidem haud rependitur ceu
debita merces obseruatae legis Mosaicae, siue
etiam naturae, sed G R A T I S D O N A T V R
beneficentia diuina, non per Moſen: sed per
Iesum Christum, cuius sanguine redempti su
mus a tyrannide peccati, &c.

IDEM EADEM PARAPHRASI
eiusdem epistolae, capite
quarto.

F v

Caeterum

Cæterum gentibus, quæ legis ceremonias nesciunt, aut Iudæis etiam, qui à legis seruitute ad Christi fidem desciscunt, nec iam operantur uelut ex præscripto, sed pure simpliciterque fidunt illi, qui GRATIS perfectam iusticiam confert, etiam impijs, quorum VNIVERSA scelera sua morte sustulit, ijs inquam ad exemplum Abrahamæ fides hoc præstat, ut pro iustis habeantur, nulla legis obseruatæ commendatione, sed SOLIVS fidei, &c.

IDEM IN PARAPHRASI EPI
stolæ Pauli ad Galatas,
cap. v.

Etenim, ut sepe iam dixi: si ueram iusticiam expectatis à legis præsidio, quæ per operum fiduciam promittit, qualemcunque iusticiam, nimirum alieni facti estis à consortio Christi, qui suum donum GRATIÆ esse uoluit, non MERITI, &c.

AUTOR QUIDAM ANONY
mus in libro Sermonum, quos thesauri noui uocant, Ser. 4. de Dominica prima aduentus Domini, in hunc modum scribit,
&c.

Venit Rex noster CHRISTVS amanter, diligit enim nos amore ineffabili, Hier. xxxi. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans

miserans. Et quia nihil erat in homine propter
ter qd se speraret diligendū, propter hoc dure
ceruicis uerbis credere nō potuit, nisi transfret
charitas in effectum. Quia ergo homo Dei
charitatem habebat suspectam, ideo Domi-
nus hanc suspicionem tulit de medio, & non
ex operibus iusticiæ, quæ fecimus nos, sed se-
cundum suam misericordiam saluos nos fecit
cum apparuerit benignitas & humanitas Sal-
uatoris nostri. Tit. iij. Et ideo Osee xiiij. Dilis-
gam eos spontanee (id est) **SINE VLLO**
MERITO eorum, quia auersus est furor
meus ab eis, &c.

IDEM AVTOR EODEM LIBRO
Sermonum sexto, eiusdem primæ Dominicæ
Aduentus, ubi de multis utilitatibus incarna-
tionis **CHRISTI** loquitur, & inter alias dicit,
conueniens fuisse, quod **CHRISTVS** in car-
nem uenerit, nimirum propter remotio-
nem mali, quod multiplex est, poenæ sci-
licet & culpæ, & cum de re-
mouione culpæ ser-
mocinatur,
ait:

Vt tollatur in homine præsumptio, quia
non à nobis, sed ex mera **GRATIA** est salua-
tio. Vnde Augustinus de Trinitate xiiij. **Gratia Dei in nobis SINE VLLIS** præceden-
tibus meritis in homine **CHRISTO** com-
mendatur, iuxta illud Apostoli ad Titum iij.
Non
Ex mera gratia est saluatio.

Non ex operibus iusticiæ quæ fecimus nos,
sed secundum suam misericordiam saluos
nos fecit, Hæc quidem ille, &c.

SYLVESTER DE PRIERIO IN
aurea illa sua Rosa super Euangelion feriæ v.
post Dominicam de Passione, in hæc uerba:
Et non habentibus illis, unde redderent,
&c. annotauit sequens
scholion.

GLOS. Nullus enim potest per seipsum à
debito peccati liberari, nisi diuina gratia ue-
niam consequatur. Hæc ille.

ANTONIUS VERCELLENSIS
in sermonibus illis suis de Christianæ fidei du-
odecim mirabilibus excellentijs, Serm. 11. scri-
bit, quod fides certificet nos de gratia Dei, sa-
lute & futura gloria, & probat hoc testimonijs
sacræ scripturæ, & inter hæc adducit dictum
illud Christi, Ioan. 6. Qui credit in me, habet
uitam æternam. Et ait ad hoc: Ibi Glossa dicit:
Securus est de uita æterna, qui in se habet fidẽ
CHRISTI.

ET PAVLO POST EODEM SER-
mone probat hoc etiam exemplo D. Pauli,
allegans & adducens ipsius dictum, 2. Tim. 2.
in hanc formã: Scio cui credidi, & certus sum
scilicet, de diuina gratia & futura gloria, quia
potens est depositum meum seruare usque
in

in illum diem, non solum autem mihi, sed &
his OMNIBVS, qui diligunt aduentum eius.
Quod si (ut patet) Paulus ex merito fidei erat
certificatus de gratia & futura gloria, ergo à
simili, quisquis uerus fidelis certificari potest.

IDEM EODEM LIBRO SERMO
ne 62. de Passione Domini asserit, quod sacra-
tissima passio **CHRISTI** præcipue habuit
& habeat triplicem effectum & proprietatem
uidelicet remissionis culpæ, exhibitionis gratiæ
& donationis gloriæ. Et probat hoc etiã mul-
tis sententijs sacrarum literarum,
nimirum hoc pacto:

Primo quidem remittit culpam: unde **A**p-
ocalypsis 1. dicitur: Dilexit nos, scilicet **Christus**,
& lauit nos à peccatis nostris sanguine
suo. Et ad Roman. 3. ait Apostolus: Mortuus
est **Christus** propter delicta nostra, & resur-
rexit propter iustificationem nostram. Et ad
Hebr. 9. ait: Sine sanguinis effusione, scilicet
CHRISTI, non fit remissio peccatorum. Et
ad Coloss. 2. ait: Conuiuificauit nos, scilicet pa-
ter cœlestis, in filio, donans nobis omnia delicta,
scilicet per eius mortem. Et ad Hebr. 9. et-
iam ait: Sanguis **CHRISTI**, qui per spiri-
tum sanctum semetipsum obtulit immacula-
tum Deo, mundauit conscientiam nostram
ab operibus mortuis, scilicet peccatis.

Denique Augustinus de consecrat. distin.
4. C. Filius ait: Filius Dei carnem sus-
cepit,

icepit, & poenam mortis sine culpa, ut in carne peccati, & culpa solueretur & poena. Haec ibi.

Secundo, Passio benedicta **CHRISTI** gratiam fidelibus exhibuit. Vnde Ioannis primo dicitur: De plenitudine gratiae omnes accepimus. Item de consecratione, distinct. quarta C. Placuit, penultimo dicitur. Placuit, ut qui cum dixerit, Gratiam **DEI**, qua iustificamur per mortem **IESU CHRISTI** Domini nostri ad solam remissionem peccatorum ualere, quae iam commissa sunt, & non etiam ad adiutorium uenire, ut non committantur, anathema sit.

Tertio, Passio **CHRISTI** donat aeternam gloriam, Vnde ad Hebr. decimo Apostolus ait: Habemus fiduciam in introitu Sanctorum per sanguinem **CHRISTI**. Et ad Hebrae. secundo: Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem facta sunt omnia, ut multos filios in gloriam duceret per passionem auctoris salutis eorum. Et ad Hebr. quinto ait: Filius **DEI** didicit ex his quae passus est, obedientiam, & consummatus in mortem factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae.

Hactenus ille.

MANVM HIC DE TABVLA
rollam, amicissime uir, & congerendi finem faciam, tamen si multo plura mihi adhuc huius notae sint, quae adducere possem, sed haec satis

satis superque sunt homini non omnino imper-
suasibili, & ueritati ex corde auscultare, & her-
bam dare uolenti, qualem te adhuc aestimo.
Qui uero perspicuae ueritati neque cedere neque
credere in animum induxerit, ibi nulla Scri-
ptura satis est, nec ipsissima Sacra. Nec te quos
que moueat moreturque, quod etiam quaedam
testimonia ex minutis & plebaeis quibusdam
Theologis asperferim: data enim opera hoc
feci. Rationem autem huius in praesentia red-
dere, nullo modo operepretium ducō, ad cal-
cemenim propero. Praeterea non clam me
est, quae nam mihi hic, uel tu, uel alij Papistici
obijcere possitis: uerum ego ea hoc tempore
breuitatis studio enumerare & confutare praes-
termittam, uobisque omnibus generatim & La-
conice respondeo: Me omnium Theologos-
rum & sacrorum Scriptorum, siue Veterum
siue Neotericorum, omnia scripta, Prophe-
tias, interpretationes, enarrationes, commen-
tarios, expositiones, glossemata, annotatio-
nes, & scholia cum **IV DICIO**, secundum D.
Augustini doctrinam & praemonitionem **LE-
GERE**, & iuxta Analogiam fidei, quemadmo-
dum nos spiritus sanctus per selectum suum
organon D. Paulum instruxit, aut **RECIP-
PERE**, neque nullius Prophetiam spernere, sed
omnia probare, & quod bonum fuerit, tan-
dem retinere.

Quid si quidam ex eis saepe scriptis & dictis
illis suis perinde ac Cayphas, & etiam sicut
Saul

Saul prophetarunt: Neq; hoc ueritati officere
potest. Neque nobis curæ esse debet. Scitum
est illud uulgarissimum: Veritas per quem-
cunq; dicitur, aut etiam scribitur, à Spiritu san-
cto est. Quid multa: Fundamentum aliud ne-
mo potest ponere, præter hoc quod positum
est, quod est **IESVS CHRISTVS**.
Quod si quis superstruit super fundamentum
hoc aurum, argentū, lapides preciosos, ligna,
foenum, stipulam, cuiusq; opus manifestum
fiet. Dies enim declarabit, quod in igne reue-
latur, & cuiusq; opus quale sit, ignis probabit.
Si cuius opus māserit, quod superstruxit, mer-
cedem accipiet. Si cuius opus exustum fuerit,
damnum patietur, ipse uero saluus fiet, sed sic,
tanquam per ignem, 1. Corinth. 3. Expende &

apprehende, ac bene uale, & te posthac

iusticiæ & saluti **CHRISTI**,

per firmam fiduciam

dede.

Datae properanter Calæ cis Salam

in Turingiis, uigesima

Iulij.

Credo cum Catholica & orthodoxa Dei Ec-
clesia, per gratiam Domini nostri **IESV**
CHRISTI, remissionem peccatorum,
& uitam æternam.

Amen.

Misericordia Dei Anchora meæ fidei.

Jesus Christus seruator animæ meæ.

DEVS MEVS.

SEQVVN=

TVR MVLTQ PLVRA

EX S. PATRV M ATQVE EC-
clesiasticorum Scriptorū libris magno
studio ab alijs doctis Viris collecta Te-
stimonia, quibus item firmiter & per-
spicue conuincitur, nos sola fide
propter Christum in conspe-
ctum Dei iustos
reputari.

TERTVLLIANVS IN LIB. DE
Resurrectione fol. lv.

BONVM DEVM NOVI MV S, *Christus*
solum optimum à Christo eius addiscis *etsi infir-*
mus, qui dilectionem mandās post suam *mam car-*
in Proximum, faciet & ipse quod praecepit, *nem no-*
diliget carnem tot modis sibi proximam, etsi *stram, ut*
infirmam: sed uirtus in infirmitate perficitur: *sibi pro-*
etsi imbecillam, sed Medicum non desiderant, *ximā, ta-*
nisi male habentes: etsi inhonestam, sed in ho- *men mul-*
nestioribus maiorem circundamus honorem, *tis modis;*
Et si perditam, sed ego (inquit) ueni, ut quod *diligit.*
perit, saluum faciam: & si peccatricem, sed ma-
lo mihi (inquit) salutē peccatoris quā mor-
tem. Et si damnatam, sed ego (inquit) percus-
tiam, & sanabo.

G

TER,

TERTULLIANVS IN LIB. DE
Resurrectione
fol. v.

Virtus Christi in nostra firmitate perficitur. Sic enim & gratia illic superabundauit, ubi & iniquitas abundauit. Sic & uirtus in infirmitate perficietur: quod perit, saluum faciens: quod mortuum est, uiuificans: quod percussum est, sanans: quod languit, medicans: quod famularum est, liberans, quod seductum est, reuocans, quod elisum est, suscitans.

IBIDEM.

Christus nobis arrabonem spiritus reliquit, à nobis arrabonem carnis accepit. Quemadmodum nobis arrabonem Spiritus reliquit, ita & à nobis arrabonem carnis accepit, & uexit in coelum pignus totius summæ illuc quandoque redigendæ. Securæ estote caro & sanguis, usurpatis & coelum & regnum Dei in Christo.

IRENÆVS LIBRO TERTIO,
Capite uigesimo secundo
contra Valent.

A Deo nobis bonū salutis. Propter hoc ergo signum salutis nostræ, eum qui ex uirgine Emanuel est ipse Dominus. Quoniam ipse Dominus erat, qui saluabat eos, quia per semetipsos non habebant saluari, & propter hoc Paulus infirmitatem hominis annuncians ait: Scio enim, quoniam non habitat in carne mea bonū, Significans quoniam

Rom, 7.

quoniam non à nobis, sed à Deo est bonum salutis nostræ.

IRENÆVS LIBRO III.

Cap. xiiij.

Fides, quæ est ad DEVM, iustificat hominem.

IRENÆVS LIBRO III.

Cap. xlv.

Omnes homines egent gloria Dei, iustificati autem non à semetipsis, sed à Domini aduentu, qui incendunt lumen eius.

ORIGENES IN IOB

Tract. i.

Sicut enim credenti omnia sunt possibilis, ut saluetur, atque refrigerium inueniat apud eum, cui credidit, sic non credenti nihil est possibile, neque ut saluus fiat, neque ut refrigerium inueniat, neque ut uitam introeat. Non est enim mentitus, qui ait: Quærite Dominum, & inueniet anima uestra. Quod si non quæseritis in fide, non potestis in uitam introire. Sicut enim Sol, nisi uibrauerit super faciem terræ, nullus ex fructibus eius crescit, neque adolescit, neque maturescit, sic similiter nisi per fidem ueritas refulserit in animabus hominum, nunquam erunt acceptabiles coram Deo.

*Sola fide
accepti
apud De
um.*

G ij

IBI

IBIDEM:

*Sine fide
Deo nihil
acceptū.*

Sicut enim nihil est delectabile hominibus sine luce, sic similiter nihil est delectabile, neque acceptum Deo absque fidei lumine.

IBIDEM.

Nihil suscipit Deus absque fide, quia non indiget his, quæ nostra sunt

Nihil hoc iustius ac ueracius, quam ut creator uniuersorum ac benefactor omnium ueraciter colatur, & adoretur: nihil hoc iustius, neque ueracius, quam ut ei qui est omnium Deus & conditor, atq; prouisor, credatur ut oportet, & confiteatur, & profiteatur. Nihil ergo suscipit Deus absque fidei ueritate. Nō enim indiget his quæ nostra sunt, nisi solis animabus nostris, in ueritate fidei persistentibus, nisi sola conscientia nostra in ueritate fidei sibi consistente.

IBIDEM:

In fide facta tantum Deo accepta sunt.

Hæc namque sciens beatus Iob, iusticiam œdificauit, ueritatem fundauit, sed hæc uniuersa Dei cultura, hoc est, fide concinnauit, atque texit, occultauit, atq; perfecit. Sic oportet etiam nos o Viri periti in fide ambulare, in fide stare, in fide perseuerare, infidelitati atque infidelibus non appropinquare, neq; communicare, neque conuenticulis eorum, neque collectis: ut cuneta quæ facimus, in fide Deo acceptabilia sint.

ORI

ORIGENES AD ROM.

Lib. xiiij.

Arbitramur ergo iustificari hominem per fidem, sine operibus legis, & dicit sufficere **SOLA FIDES** iustificationem, ita ut credens quis tantummodo iustificetur, etiam si nihil ab eo operis fuerit expletum. Imminet igitur nobis, qui integram esse scripturam Apostoli conamur asserere, & ordine suo cuncta consistere, ut requiramus, quis sine operibus **SOLA FIDE** iustificatus sit. Quantum igitur ad exemplum pertinet, sufficere arbitror illum latronem, qui cum Christo crucifixus, clamavit eide cruce: Domine Iesu, memento mei, cum ueneris in regnum tuum. Nec aliud quicquam describitur boni operis eius in Euangelij. Sed pro hac **SOLA FIDE** ait ei Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Aptemus nunc, si uidetur, huius latronis uerba, causa Apostoli Pauli, & dicamus ad Iudaeum: Vbi est ergo gloriatio tua? Certum, quia exclusa est, exclusa autem non per legem operum, sed per legem fidei. Per fidem iustificatus est hic latro sine operibus legis: quia super hoc non Dominus requisit quid prius operatus esset: nec expectauit, quid operis cum credidisset, expleret, sed sola confessione iustificatum, comitemque sibi paradisi sum ingressurus assumpsit.

*Sola fides
iustificat*

ORIGENES IBIDEM,

G iij

Sed

*Sola fides
iustificat.*

**SOLA
FIDES,**

Sed & ad mulierem illam, quæ in Euangelio secundum Lucam refertur, ait Christus, ex nullo legis opere, sed pro **SOLA FIDE**: Remittuntur tibi peccata tua. Et iterum: **FIDES TVA** te saluam fecit, uade in pace. Sed & in multis Euangelij locis hoc sermone usum legitimus Saluatorem, ut credentis causam dicat esse salutis eius. Ex quibus omnibus claret, quod recte arbitratur Apostolus, iustificari hominem per fidem sine operibus legis.

ORIGENES IBIDEM,

Sed fortassis hæc aliquis audiens resoluetur, & bene agendi negligentiam capiat, si quidem ad iustificandum **FIDES SOLA** sufficiat. Ad quem dicemus, quia post iustificationem si iniuste quis agat, sine dubio iustificationis gratiam spreuit. Neque ob hoc quis accipit ueniam peccatorum, ut rursus sibi putet peccandi licentiam datam. Indulgentia namque non futurorum, sed præteritorum criminum datur. Igitur ut ad propositum redeamus, iustificatur homo per fidem, cui ad iustificandum nihil conferunt opera legis. Vbi uero **FIDES** non est, quæ credentem iustificet, etiam si opera quis habet ex lege: tamen quia non ædificata supra fundamentum fidei, quamuis uideantur esse bona, operatorem suum iustificare non possunt, si eis desit fides, quæ est signaculum eorum qui iustificantur à Deo.

ORI

ORIGENES IBIDEM.

Et ut adhuc manifestius fiat, quod dicimus, exemplum dabimus ex his, quæ in Euangelio scripta sunt, ubi ascendit Phariseus & Publicanus ad templum DEI, & stans (inquit) Phariseus in medio, dicebat: DEVS gratias ago tibi, quoniam non sum sicut cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri, sicut Publicanus iste. Ieiuno bis in Sabbatho, decimas do omniũ quæ possideo, &c. & hæc fortassis uere dixerit, sed secundum Domini sententiam iactantiæ morbo corruptus, non descendit iustificatus de templo. Talis ergo gloriatio quæ ueniebat ex operibus legis, quia non habebat humilitatem crucis Christi: in qua qui gloriatur, audi quid dicat: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mūdus crucifixus est, & ego mundo. Vides Apostolum non gloriantem super iusticia sua, neque super castitate sua, neque super sapientia, neque super cæteris uirtutibus, uel actibus suis, sed apertissime pronunciantem & dicentem: Qui gloriatur, in Domino gloriatur.

ORIGENES IBIDEM.

Quis enim recte uel super castitate sua gloriabitur, cum scriptum legat, quia si quis aspexerit mulierem ad concupiscendam eam, iam incoehatus est eam in corde suo.

G iij

Vnde

Fide tantū nos saluari exēplo Pharisæi & Publicani demonstratur. Luc. 18.

Galat. 6.

gloriatio nō in iusticia nostra, sed in fide crucis Christi.

Vnde & Propheta dicit: Quomodo quis
 gloriabitur castum se habere cor? Aut quis
 gloriabitur super sapientia, cum Christum
 uideat, quia mundus per sapientiam non co-
 gnouit Deum, & ideo placuit Deo per stul-
 tam prædicationem saluos facere credentes.
 Et iterum: Quæ stulta sunt mundi, elegit De-
 us, ut confundat sapientes. Quis autem uel su-
 per iusticia sua gloriabitur, cum audiat Deum
 per Prophetam dicentem: Quia omnis iusti-
 cia uestra sicut pannus mulieris menstruatæ.
 Sola igitur iusta gloriatio est in fide crucis
 Christi, quæ excludit omnem illam gloriatio-
 nem, quæ descendit ex operibus legis.

ORIGENES AD ROM.
 Lib. iij.

Solus apud Deum habet gloriam qui ex fide iustificatus est. Occulta uero cordis, quoniam solius Dei est noscere, ipse enim præuidet, quis in unoquoque fidei habitet affectus: & ideo qui ex fide iustificatur, apud solum Deum habet gloriam, qui occultorum & fidei solus inspector est.

IBIDEM.

Solus beatus, cui fides reputatur ad iusticiam. Beatus cui non imputauit Dominus peccatum. Ostendit ergo, quia non cuiuslibet Dominus non imputat peccatum, sed ei qui crediderit, propter fidem uiam peccata non reputer. Sicut enim Abrahamæ reputata est fides ad iusticiam, ita & omni credenti, cum fides ad iusticiam

sticiam reputatur, peccata utique non imputantur. Neque enim de iustis dicit, quia reputetur eis fides ad iusticiam: quia si ita putetur, quid uidebitur gratia iusto reputari, iusticia ad iusticiam? Sed utique illi dicit, fidem reputatam esse ad iusticiam, qui antequam haberet hanc fidem, iusticiam non habebat, & iste est utique beatus, cui Deus accepto fert iusticiam sine operibus, & cui non imputatur peccatum, cui etiam remissæ sunt iniquitates, & obiecta si qua antea fuerant peccata, *Et peccata non imputetur.*

HILARIUS.

Hinc remittuntur animæ peccata, quæ lex laxare non poterat. *Fides sola.*
FIDES ENIM SOLA IUSTIFICAT.

HILARIUS LIBRO X. DE Trinitate.

Non enim habet fides periculum, & omnis pia confessio in occulto Sacramenti Dei tuta est. *Fides tuta est sine periculo.*
IBIDEM.

Corde creditur ad iusticiam, ore autem fit confessio ad salutem. Pietas est non ambigere, & iusticia est credere, & salus est confiteri, non in incerta diffluere, neque ad stultiloquia efferre, neque ratione aliqua uirtutes Dei uentilare, neque modo circumscribere potestatem, *Pietas non ambigere iusticia credere, salus confiteri.*
G v

neque causas inuestigabilium Sacramento-
rum retractare, Dominum Iesum confiteri,
& à Deo suscitatum à mortuis credere, salus
est, quæ uero insania est, qualis & cuiuscemo-
di sit Iesum calumniari, cum salus sola sit, hoc
ipsum scire, quod Dominus sit.

IBIDEM.

*Per fidē
facilis uia
ad uitam* In simplicitate itaque fides est, in fide iusticia
est, in confessione pietas est. Non per diffici-
les nos Deus ad beatam uitam quæstiones uo-
cat, nec multiplici eloquentis faciendæ genere
solicitat, in absoluto nobis ac facili est æterni-
tas, I E S V M suscitatum à mortuis, per
D E V M credere, & ipsum esse Dominum
confiteri.

IBIDEM.

*Omnia
Christi
nostra.* CHRISTVS in cruce consummasse se
omnia aceti poculo gratulatur, quia moriturus
prophetiam impleuit. NOBIS natus est,
nobis passus est, nobis mortuus est, nobis res-
urrexit.

HILARIUS IN MATTH.

Cap. v.

*Iustifica-
tio ex fide
sine ambi-
guitate.* Ergo regnum cœlorum quod Prophetæ
nunciauerunt, Ioannes predicauit, Dominus
noster in se esse positum est professus, uult sine
aliqua incertæ uoluntatis ambiguitate sperari
alioqui

alioqui iustificatio ex fide nulla est, si fides ipsa
fiat ambigua.

IBIDEM. CAP.
IX.

Cæci enim quia crediderant, uiderunt, non
quia uiderant, crediderunt. Ex quo intelligen-
dum est, fide merendum esse, quod petitur, non
ex impetratis fidem esse sumendam.

*Fides me-
retur, non
ex merita-
tis fides.*

IBIDEM. CAP.
XIII.

Regni mysteria fides percipit, hæc in quis
bus fuerit, perficiet, & incrementis profectus
sui abundauit: in quibus uero non fuerit, etiam
quod habent, auferetur ab eis.

BASILIVS.

Qui gloriatur, in Domino gloriatur, dis-
cens, quod Christus nobis factus sit sapientia
à Deo, iusticia, sanctificatio, & redemptio; ut
sicut scriptum est: Glorietur, in Domino
glorietur. Hæc enim est perfecta & integra
gloriatio in Deo, quando ne quidem propter
iusticiam suam aliquis effertur, sed agnoscit
sibi deesse ueram iusticiam: fide autem sola in
Christum iustificari; & gloriatur Paulus se
despicere suam iusticiam: quærere autem fide
per Christum iusticiam, quæ est ex Deo.

*Gloria-
tio uera
in fide.*

BA

BASILIVS DE HVMILITATE
Concio.

Quid igitur extollis te, dic mihi, uelut propter bona propria, pro eo, quod gratiam confiteri debebas pro muneribus largitori. Quid enim habes, quod non accepisti. Si uero accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis. Non tu Deum cognouisti per iusticiam, sed Deus te agnouit propter bonitatem.

BASILIVS QVÆST. XIII.

Si multitudinem miserationum Dei numerare, & magnitudinem Dei metiri possibile est, in comparatione multitudinis, ac magnitudinis peccatorum desperatio fiat. Si uero hæc quidem uelut uerissimile est, & mensuræ subijci, & numerabilia esse contingit, Dei uero misericordiam metiri, ac miserationes numerare impossibile est, non desperationis tempus est, sed agnitionis misericordiae, ac condemnationis peccatorum, quorum remissio proposita est in sanguine Christi.

BASILIVS IN PSAL. CXIII.
Concio. xvi.

Proposita est enim æterna requies, his qui legitime in hac uita certarunt, quæ non secundum operum debitum ac meritum retribuitur, sed iuxta magnificentissimi Dei gratiã his qui in ipsum sperauerunt, exhibetur.

CHRISTE

CHRISOSTO. IN ROMA.

Cap. v.

Multo siquidem plura, quam Christus pro nobis soluit, tantoque plura, quanto guttulam exiguam pelagus excellit immensum. Noli itaque diffidere, o homo, cum tantas bonorum diuitias uideas, neque sollicitus inquiras, quomodo scintillula illa mortis atque peccati, tanto sit donorum super inducto mari soluta & extincta.

CHRISOSTOMVS DE FIDE & Lege.

Ante opera fides primum iudicanda est. Eum qui operatur opera iusticiae sine fide, non possum probare uiuum fuisse. Fidelem autem absque operibus possum monstrare, & uixisse, & regnum caelorum assecutum, nullus sine fide uitam habuit. Latro autem credidit dum taxat, & iustificatus est, a misericordissimo Deo. Atque hic ne mihi dixeris, de fuisse ei tempus, quo iuste uiueret, & honesta faceret opera. Neque enim de hoc contenderim ego, sed illud unum asseuerauerim, quod SOLA FIDES per se saluum fecerit. Nam si superuixisset, fidei & operum fuisset negligens, a salute excidisset. Hoc autem nunc quaeritur, & agitur, quod & fides per se ipsam saluum fecerit. Opera autem per se nullos unquam Operarios iustificaerunt.

*Sola fides
iustificat.*

CHRIS

CHRISOSTO. HOME. III.

Matth. I:

Noli te putare quicquā fecisse, cum feceris,
& plenissime cuncta fecisti. Si enim etiam cum
peccatores sumus, hoc nos arbitrando quod
sumus, iustificamur, sicut etiam Publicanus,
quanto magis si cum iusti fuerimus, esse nos
peccatores tantum putemus?

CHRISOSTOM. HOME. XII.
de Chananaea.

Dic mihi mulier, quemadmodum es, cum
sis peccatrix & iniqua, accedere ad eum? Ego
(inquit) noui quid agam. Vide prudentiam
mulieris. Non rogat Iacobum, non obsecrat
Ioannem, neque pergit ad Petrum, nec inten-
dit Apostolorum chorum, non quaesuit me-
diatorem, sed pro omnibus illis poenitentis-
am accepit comitem, quae Aduocati locum
impleuit, & sic ad summum fontem perrexit.
Propterea (inquit) descendit, propterea car-
nem sumpsit, & homo factus est, ut & ego ei
audeam loqui.

LACTANT. LIB. V. DE IV-
sticia cap. xx.

Nec enim ualet quicquam mortalis homi-
nis autoritas, sed diuinis aliquibus testimonijs
confirmant, sicut nos facimus. Non est opus
ui &

ui & iniuria, quia religio cogi non potest, uer-
bis potius quam uerberibus res agenda est, ut
sic uoluntas distinguat aciem ingeniorum su-
orum. Si ratio eorum uera est, asseratur, parati
sumus audire, si doceant, tacentibus certe ni-
hil credimus, sicut nec fauientibus quidem
credimus.

CHRISOST. AD COLLOSSEN.
Cap. iij.

Audite obsecro seculares omnes, compa-
rate uobis Biblia, animæ pharmaca. Si nihil
aliud uultis, uel nouum Testamentum acqui-
rite, Apostolos, Acta, Euangelia, continuos
Doctores ac sedulos. Si accideret mœsticia,
huc ueluti ad Apothecam pharmacorum ac-
cumbe. Hinc tibi sume solamen mali, siue dā-
num euenerit, siue mors, siue amissio dome-
sticorum. Imo nō accumbesolum, sed omnia
mentēq; illa contine. Hoc demum malorum
omnium causa est, quod scripturæ ignoran-
tur, Sine annis bellum ingredimur, & quomo-
do seruariemur?

CHRISOST. AD GAL. CAP. III.

Quare enim rursus deorsum hoc uertes-
bant illi, & undiq; iactabant dicentes: Fidem
non ualere, nisi adiuncta lege. Paulus contra
demonstrat, additis præceptis, fidem iam non
nihil profuturam. Tum enim ualet fides, cum
nihil accesserit ex lege,

IBI

IBIDEM.

Sola fide benedicimur. Siquidem illi dicebant: Qui non seruaues rit legem, execrationi est obnoxius. Hic uero declarateum qui seruat, execrabilem esse. E diuerso, qui seruat benedictionis consortem. Rursum illi dicebant, qui sola fide nititur, execrabilis est. Hic contra demonstrat, qui **SOLA FIDE** nititur, eum benedictum esse.

IBIDEM.

Vnde uis fidei, ut iustificet. Sed quomodo fides habet hanc uim, ut iustificet? Audi, nā hæc ante promisit, eaq; magna uic comprobauit. Cum enim lex esset infirmior, quam ut posset hominem ad iusticiā perducere, repertum est non leue remedium, nempe **FIDES**, quæ quod legis erat impossibile per se, redderet possibile. Ergo si & scriptura dicit: Iustum ex fide uicturum, reiiciens iusticiam, quæ est per legem. Et si Abraham ex fide iustificatus, manifestum est, magnam esse uim fidei.

IDEM CAP. I. AD
Ephe.

Quid adhuc desideras? immortalis factus es, factus es liber, factus es filius, iustus es factus factus es frater, factus es coheres, simul regnas, simul glorificatus es, omnia tibi **GRATUITO** data sunt.

CHRISTO

CHRISOST. AD THESSALO:

I. Cap. v. Home. ix.

Ne despondeas animum ò homo, dum ad Deum concedis, qui neq; filio suo tui gratia percipit: neque deficias in præsentis vitæ malis. Qui filium suum unigenitum dedit, ut te saluaret, & è gehenna eximeret, cui deinceps parceret, quod ad salutem tuam faciat? Speranda sunt itaque omnia bona: Neq; enim, etiam si ad iudicem abeundum esset, iudicaturus nos quidem: attamen qui tantum dilectionis erga nos ostendisset, ut & filium suum nostri gratia occidisset, quicquam metueremus. Speremus itaque iucunda & magna, caput enim ac summam rei adepti sumus, & credimus.

CHRISOSTOMVS AD EPHE.

cap. ij. Sermo. iij.

Quid igitur dices, prohibuit ipse, ne ex operibus iustificemur? Nequaquam, sed nemo (inquit) ex operibus iustificatus est, ut hoc pacto & gratia & benignitas Dei conspicua fieret. Opera habentes non est auersatus, sed ab operibus destitutos gratia saluauit, ut nemo deinceps habeat, unde gloriatur.

Gratia
saluat ab
operibus
destitu-
tes.

IBIDEM SERM. V.

Legem (inquit) mandatorum in Decretis suam abrogans, pape, quanta benignitas? De-
H derat

CHRISTO. AD THESSALO.
derat nobis legem, ut illam obseruaremus.
Quoniam uero non seruauimus, atque ideo
puniendi iam eramus, legem absoluit. Quem
admodum si quis Pædagogo commendatum
puerum, quoniam morem nollet gerere, & ab-
duceret, & Pædagogum liberaret. Quantæ
benignitatis est istud? Quid est in decretis si-
tum abrogans? multum enim. Sic inter man-
datum & decreta differentiam parit, aut fidem
dicit, decretum illam uocans. Ex SOLA
quippe FIDE nos saluat.

IBIDEM.

Vides quantum inter legem & gratiam
sit differentia? Lex siquidem condemnatio-
nis additio: gratia uero, doni facta est exube-
rantia.

CHRISOSTOMVS IN ROMA:
cap. x.

Si legis finis est Christus, sequitur, quod
qui Christum non habet, etiam si legis iusti-
ciam habere uideatur, eam tamē non habeat:
qui uero Christum habeat, etiam si legem nō
præstiterit, totum tamen acceperit.

IBIDEM.

Non est, quod quod timeas, uelut legis
transgressor, posteaquam ad fidem accessisti.
Tunc

Tunc enim legem transgrederis, quando Christo propter illam non credis. Quod si illi credideris, & hanc implesti, & multa plura quam ea quæ præceperat: multo siquidem maiorem iam accepisti iusticiam;

HIERON. ROM. III.

Conuertentem impium, per SOLAM FIDEM iustificat Deus, non opera bona, quæ non habuit.

*Sola fide
iustificatur impi
us.*

IBIDEM.

Secundum propositum gratiæ Dei.) Qui proposuit gratis per SOLAM FIDEM peccata dimittere.

IBIDEM.

Vt omnes qui ex gentibus credunt, filij sine Abrahæ, dum & illis SOLA FIDES ad iusticiam reputatur.

IBIDEM.

Cum ergo fides exinaniri non potest, nec promissio aboleri, non est ex lege hæreditas, sed ex fide. Lex enim non donat peccata, sed damnat: & ideo non potest omnes gentes filios facere Abrahæ, quia secundum quod omnes sub peccato inuenti sunt: omnes utique erant puniendi. Fides autem dimissis per gratiam peccatis, omnes credentes filios efficit Abrahæ.

H. J.

HIE.

HIERON. ROM.
V.

*Ex sola fide cum Abrahā & filij iustifican-
tur.* **IUSTIFICATI EX FIDE.)** Per tractata causa, quare nemo eorum ex operibus iustificatus sit, sed omnes ex fide, quod exemplo Abrahæ probat, cuius se filios esse soli Iudæi putabant, ostendit ratione, quod non genus, nec circumcisio, sed fides faciat filios Abrahæ, qui ex **SOLA PRIMA FIDE** iustificatus est. Qua ratione conclusa pacem eos habere hortatur, quia nemo suo merito, sed omnes æqualiter **DEI GRATIA** sunt saluati.

HIERO. LIB. I. CONTRA
Pelagi.

Tunc ergo iusti sumus, quando nos peccatores fatemur, & iusticia nostra non ex proprio merito, sed ex Dei consistit misericordia.

AMBROSIVS LIB. V.
Orationum.

Non lex Ecclesiam congregavit, sed **FIDES** Christi. Lex enim non est ex fide, iustus autem ex fide uiuit. Iustum ergo **FIDES** nō lex facit, quia non est per legem iusticia, sed per Christum. Qui autem fidem repudiat, & legis iura præscribit, ipse se testatur iniustum, quia iustus ex fide uiuit.

AM

AMBROSIUS DE IACOB.
cap. ij.

Non operibus iustificamur, sed fide, quoniam carnalis infirmitas operibus impedimento est: sed fidei claritas factorum obumbrat errorem, quæ meretur ueniam delictorum.

Fide non operibus iustificamur.

AMBROS. SERMO. I. DE
grano sinapis.

Ita ergo & fides Christiana primo fonte uideretur esse parua, uilis, & tenuis, non potentiam suam ostendens, non superbiam præferens, non gratiam subministrans. At ubi diuersis tentationibus teri cœperit, statim uigorem suum prodit, acrimoniam indicat, calorem dominicæ credulitatis aspirat, & tanto diuini ignis ardore iactatur, ut & ipsa ferueat, & participantem sibi ardere compellat.

AMBROS. IN ORATIO. DE
obitu Theodosij.

Bona fides de qua scriptum est, Iustus autem ex fide uiuit, quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Nos autem non subtrahamus nos ad dispendium animæ, sed inhaeremus fidei ad animæ nostræ acquisitionem. Quoniam in hac fidei militia testimonium consecuti sunt Seniores nostri Abraham, Isaac, Iacob, & ideo hereditatē nobis fidei reliquerūt.

H ij

Ams

AMBROSIVS LIB. I.
cap. x. de Pœnitentia.

Nullus credens excluditur à uenia. Si quem ergo lapsum reuocare cupias, ut credat, an ut non credat hortaris? Vtique ut credat, sed qui credit, iuxta Domini sententiã habebit uitam æternam. Qui ergo fidem habet, habet uitam æternam: qui uitã habet, nõ est exclusus à uenia. Omnis (inquit) qui credit in eum, non pereat, cum omnis dicitur, nullus excipitur.

AMBROSIVS AD THIMO.
ij. cap. ij.

Fundamentum Dei fides est, quæ continet quæ promisit Deus. Signaculum promissionis Dei fides nostra est, quæ firmat Dei uerba.

IBIDEM:

Sola fides iustificat Manifeste beati sunt, quibus sine labore, uel opere aliquo remittuntur iniquitates, nulla ab his requisita pœnitentiæ opera, nisi tantum ut credant.

IBIDEM:

Quomodo ergo Iudæi per opera legis iustificari se putant iustificatione Abrahamæ, cum uideant Abraham non ex operibus legis, sed **SOLA FIDE** iustificatum: Non ergo opus

opus est lex, quando impius per **SOLA**
FIDEM iustificatur apud Deum.

AMBROS. AD ROMA.

Cap. iij.

Iustificati gratis per gratiam ipsius.) Iustifi-
cati sunt gratia, quia nihil operantes, neque
uice reddentes, **SOLA FIDE** iustificati
sunt dono Dei.

IBIDEM CAP. III.

Sic decretum est à Deo, ut cessante lege **SOLA**
FIDEM gratiæ Dei posceret ad sa-
lutem. Sicut & David dicit, hoc ipsum munit
exemplo Prophetæ: Beatitudinem hominis,
cui Deus accepto fert iusticiam sine operibus.
Beatos dicit, de quibus hoc sanxit Deus, ut si-
ne labore & aliqua obseruatione, **SOLA**
FIDE iustificentur apud Deum.

AMBROSIVS LIBRO I.

Cap. xxix.

Fundamentum ergo est iusticiæ **FIDES**. *Fides fun-*
Iustorum enim corda meditantur **FIDEM**, *damentū*
& qui se Iustus accusat, iusticiam supra **FIDEM** *iusticiæ.*
FIDEM collocat, nam tunc iusticia eius appa-
ret, si uera fateatur.

AMBRO. LI. III. DE VIRGINI.

O thesaurus omnibus opulentior fides, O
uirtutibus corporeis omnibus fides fortior.

H iij

AVGV.

AVGVST. LIB. DE NATV.
& gratia cap. i.

In Christo solo iustificatur impius. Nam si per legem est iusticia, ergo gratis Christus mortuus est. Si autem non gratis mortuus est, in illo solo iustificatur impius, cui credenti in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iusticiam.

AVGVST. DE GRA. NOVI
Testamenti cap. xix.

Filius ergo promissionis, filius sunt beneficii. Hæc est gratia, quæ gratis datur: non meritis operantis, sed miseratione donantis.

AVGVSTI. DE SPIRITV ET
Litera cap. xiiij.

His igitur consideratis, pertractatisque pro uiribus, quas Dominus donare dignatur, colligimus non iustificari hominem præceptis bonæ uitæ, nisi per fidem Iesu Christi, hoc est, non lege operum, sed lege fidei: non litera, sed spiritu: non factorum meritis, sed gratuita gratia.

AVGVST. DE GRA. ET LIB.
arbitrio cap. vi.

Fidei perpetua iustificatio sanctis necessaria.

Ideo necessarium est homini, ut gratia Dei non solum iustificetur impius, id est, ex impio fiat iustus, cum redduntur ei bona pro malis, sed

sed etiam cum fuerit iam iustificatus ex fide,
ambulet cum illo gratia, & incumbat super
ipsum ne cadat.

AUGUSTINVS LIB. III. CON
tra Pelag.

Tempora itaque mutata sunt, non fides.
Iustificatio ergo per fidem Iesu Christi data
est, datur, dabitur credentibus: quia fides Do-
num est, sicut & gratia, non merces.

*Iustifica-
tio fidei
data est,
datur &
dabitur,
credenti-
bus.*

AUGUST. PSALM. XXIX.

Quare gratia? Quia gratis datur: quare
gratis datur? quia merita tua non precesserunt:
sed beneficia Dei te praeuenerunt, illi ergo glo-
ria, quoniam nos liberauit. Omnes enim pec-
cauerunt, & egent gloria Dei. In te ergo Do-
mine speraui, non in me, non confundar in se-
ternum, quia in eo spero, qui non confundit.
In tua iusticia erue me, & exime me. Quia non
inuenisti in me iusticiam meam, erue me in
tua, hoc est, illud me eruat, quod me iustificat,
quod ex impio pius facit, quod ex iniquo ius-
tum, quod ex ceco uidentem, quod ex cadente
surgentem, quod ex flente gaudentem: hoc
me liberat, non ego, &c.

AUGUSTINVS PSALM. XXX
in praefatione.

Abraham filium suum immolandum ob-
tulit

H v

tulit

*Abrahā
fides quæ
fuit, qua
iustifica-
tus.* tulit Deo magnum opus, sed ex fide laudo su-
perædificationem operis, sed uideo fidei funda-
mentum. Laudo fructum boni operis, sed
in fide agnosco radicem. Si enim hoc præter
fidem rectam faceret Abraham, nihil illi
prodesset hoc, qualecunq; opus esset. Rursum
si sic teneret fidem Abraham, ut cum ei Deus
imperaret offerre sibi immolandum filium
suum, diceret apud semetipsum, non facio, &
tamen credo, quia me etiam contemnentem
iussa sua liberat Deus. Fides sine operibus mor-
tua est, & tanquam radix sine fructu sterilis
atque arida remaneret. Quid ergo? Debemus
nulla opera præponere fidei, id est, ut ante fi-
dem quisquam dicatur bene operatus? ea enim
nim ipsa opera quæ dicuntur ante fidem,
quamuis uideantur hominibus laudabilia,
inania sunt. Ita mihi uidentur esse, ut magnæ
uires, & cursus celerrimus præter uiam. Nemo
ergo computet bona opera sua ante fidem,
ubi fides non erat, bonum opus non erat. Bo-
num enim opus intentio facit, intentionem
fides dirigit. Non ualde attendas, quid homo
faciat, sed quid cum facit aspiciat, quo lacertos
optimæ gubernationis dirigat, &c. plura ibi
dem.

AVGVST. PSALMO
XXXII.

Nemo dicat, quis ergo iustus, aut quando
erit iustus. Nolite uos abijcere, & desperare de
uobis

uobis: homines estis, ad imaginem Dei facti
estis, qui uos homines fecit, pro uobis & ho-
mo factus est, ut multi filij ad hereditatem sem-
piternam adoptaremini, sanguis unici pro
uobis effusus est.

IBIDEM.

Nolo uos interrogare de iusticia uestra, for-
tassis enim nemo uestrū audeat mihi respon-
dere, iustus sum: sed interrogo uos de fide ue-
stra. Nondū quaero, quid uiuas, sed quæ quid
credas. Responsurus es credere te in Christū.
Non audisti Apostolum: Iustus ex fide uiuit.
FIDES TUA, IUSTICIA TUA.

*Fides non
stra iusti-
cia non
stra.*

AUGVST. PSALM. XXXIII.

Iustus ex fide uiuit, & Christus iustificat im-
pium, quomodo autem iustificat impium?
nisi credentem & confitentem? Quia corde cre-
ditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad
salutem. Ergo & ille latro, quamuis ex latro-
cinio ductus sit ad iudicem, à iudice ad crucē,
tamen in ipsa cruce iustificatus est. Corde cre-
didit, ore confessus est, neque enim iniusto, &
non iam iustificato diceret Domino: Hodie
mecum eris in Paradiso.

*Impius
credens
fide iusti-
ficatur.*

AUGVST. PSALM. LV.

Pro nihilo saluos facies eos, nullis eorum
meritis

meritis præcedentibus saluos facies eos. Qui prius sui blasphemus (ait) & persecutor, &c. Nulla huius bona merita præcesserant, imo talia præcesserant, de quibus damnaretur, nihil boni attulit, & saluus factus est. Quid latro ille attulerat ad crucem, de fauce uenit ad iudicium, de iudicio in lignum, de ligno in Passadilum: Credidit, propter quod locutus est. Sed & ipsam fidem quis donauit, nisi qui iuxta pependit?

Iustificamur ex fide de gratis sine operibus.

AVGVST. PSALM. LXX.

Domine memorabor iusticiæ tuæ solius. O solius, quid addidit solius, rogo uos. Sufficeret memorabor iusticiæ tuæ. Solius inquit prorsus, ubi mea non cogito. Quid enim habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Iusticia tua sola liberat me, Mea sola non sunt nisi peccata.

AVGVST. PSALM. LXX. Sermo. ij.

Gratia gratis data. Nam nisi gratis, gratia non esset. Porro autem si propterea gratia est, quia gratis est, nihil tuum præcessit, ut acciperes. Nam si aliqua opera bona tua præcesserunt, socium accepisti non gratis. Preterea autem quod nobis debebatur, supplicium est. Quod ergo liberamur, non meritis nostris, sed

sed illius gratiae est. Illum ergo laudemus, illi
totum quod sumus, & quod salui efficimur,
debemus.

AVGVST. IN MANVALI
Cap. xxij.

Tota spes mea est in morte Domini mei, Merita
morseius meritum meum est, refugium me- nostra mi
um, salus, uita & resurrectio mea, meritum seratio
meum miseratio Domini. Non sum meriti Domini.
inops, quam diu ille miserationum Dominus
non defuerit. Etsi misericordiae Domini mul-
tae, multis sum ego in meritis. Quanto ille po-
tentior est ad saluandum, tanto ego sum se-
curior.

IBIDEM CAP. XXIII.

Peccavi autem grande, & multorum sum
mihi conscius delictorū, nec sic despero, quos-
niam ubi abundauerunt delicta, superabun-
dauit & gratia. Qui de uenia peccatorum des-
perat, negat Deum esse misericordem. Ma-
gnam iniuriam Deo facit, qui de eius miseri-
cordia diffidit. Quantum in se est, negat Deū
habere charitatem, ueritatem & potestatem,
in quibus tota spes mea cōsistit, scilicet in chari-
tate adoptionis, in ueritate promissionis, & in
potestate redemptionis.

AVGVST. PSALM. XVIII.
Omnes

Omnes enim peccauerunt, & egent gloria
Dei, iustificati gratis per sanguinem ipsius.
Quia gratis, ideo gratia: non est enim gratia
nisi gratuita, quia nihil boni ante feceramus,
unde talia dona mereremur. Magis quia non
gratis inferretur supplicium, ideo gratis præ-
stitum est beneficium. Nihil præcesserat in
meritis nostris, nisi ut damnari deberemus. Ille
autem non propter nostram iusticiam, sed
propter suam misericordiam saluos nos fecit,
per lauacrum regenerationis.

AVGVST. PSALM.
LXX.

Bona omnia à Deo, mala autem à nobis habemus.
Domine memorabor iusticiæ tuæ solius,
nullam meam agnosco, solius tuæ iusticiæ
memorabor, à te habeo, quicquid boni habeo,
quicquid autem mali habeo, à me habeo. Non
meritis supplicium reddidisti, sed gratiam gra-
tis impertisti, tuæ itaque solius iusticiæ me-
morabor.

AVGVSTINVS IN PROLO.
Psalm. xxxi.

Qui sunt beati? Non in quibus non inue-
nerit peccatum, nam in omnibus inuenit, om-
nes enim peccauerunt, & egent gloria Dei.
Si ergo in omnibus peccata inueniuntur, re-
manet, ut non sunt beati, nisi quorum remissa
sunt peccata.

IBI

IBIDEM

Nihil boni fecisti, & detur tibi remissio peccatorum, attenduntur opera tua, & inueniuntur multa mala, si quid deberetur istis operibus, Deus redderet, utique damnaret, non tibi Deus reddit debitam poenam, sed donat indebitam gratiam.

AVGVST. DE ECCLIE. DOGMA. Cap. xxviii.

Quicumque dixerit gratiam Dei, qua iustificamur per Iesum Christum Dominum, ad solam remissionem peccatorum ualere, quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium gratiæ, ut non committantur, Anathema sit.

FVLGENTIVS LIB I. AD Monimum.

Cum uero Deus uitam æternam donat, opus suum, quod inchoauit, iustificans impium perficit, glorificans iustum. Hæc autem utraq; que gratia, id est, uita bona & uita æterna, in Christo Iesu Domino nostro est. De plenitudine quippe eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, scilicet gratiam glorificationis æternæ, pro gratia iustificationis indebitæ, ut gratia iustificationis omne meritum malum deleat indebito beneficio.

IBI

IBIDEM.

*Gratia
omne me
ritum ex
cedit.*

Gratia autem etiam ipsa ideo non iniuste dicitur, quia non solum donis suis Deus, dona sua reddit: sed quia tantum etiam ibi gratia diuinæ retributionis exuberat, ut incomparabiliter atque ineffabiliter omne meritum, quamuis bonæ & ex Deo datæ, humanæ uoluntatis, atque operationis excedat.

FVLGENTIVS LIB. I. AD
Monimum.

Hanc gratiam non solum in præsentis uitæ iustificatione, sed etiam in futuri sæculi remuneratione, dicit gratiam permanere, & super nos, hoc est, super omnia bona cuiuslibet hominis merita inde bonitate asserit abundare, dicens, ut ostendat in seculis supereminens tibus, abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos, in Christo Iesu.

Gratia est igitur retributio pia, qua Deus in præsentis tempore malis bona retribuit, illis uidelicet, quos iustificat impios, ut deputetur fides ad iusticiam. Gratia est ista iusta retributio, qua bonis suis meliora retribuens, Deus glorificaturus est iustos. Hoc enim gratia opus erit: quia ut hoc mereantur ipsa præueniendâ misericorditer incipit, ipsa subsequendo custodit.

IBIDEM.

Iste

Iste igitur est in homine ordo diuinæ re- *Ordore*
demptionis ac remunerationis, ut nunc iustifi- *demptio*
catus credat, quod tunc glorificatus accipiat. *nis.*

IBIDEM.

In his omnibus tot ac talibus bonis, quæ *Gratia*
Dominus retribuit malis, quid aliud quam *gratuita*
indebita misericordia canitur? quidue aliud *& inde-*
quam gratuita pietas prædicatur? Nam in eo *bita mise-*
quod non secundum peccata nostra fecit no- *ricordia*
bis, neque secundum iniquitates nostras retri- *in conuer-*
buit nobis, gratuita manifestatur iustificatio *sione im-*
impiorum. Et in eo quod sicut miseretur pater *pij demõ-*
filij, ita misertus est Dominus timentibus e- *stratur.*
um, gratuita claret per eandem fidei iustifica-
tionem adoptio filiorum.

IBIDEM.

Hæc est in Sanctis causa prædestinationis
diuinæ, præparatio scilicet iustificationis &
adoptionis indebitæ, quam quia non mere-
batur uoluntas hominis mala, non est eius
causa, nisi sola Dei uoluntas bona.

IBIDEM.

Talis est Dominus uerus, cui ut gratuita
sit misericordia, & ira non sit iniusta. Ac per
hoc & illos indignos præueniat bonitate, quos
iustificat, & illos dignos inueniat punitione,
I quos

quos damnat. Ac sic appareat, & in uasis misericordiae, non ex ipsis, sed ex Deo esse, quod boni sunt. Et in uasis irae, non ex Deo, sed ex ipsis esse, quod mali sunt. Vasa itaque misericordiae ad indebitam sunt gloriam preparata, quia gratis sunt misericordiam consecuta.

AMBROS. LIB. DE IOSEPH
Cap. viij.

Fides est
precium
quo emū
tur diuina
mysteria.

Non enim pecunia emitur Christus, sed gratia, precium tuum fides est, hac emuntur diuina mysteria. Portat autem frumentum hoc asinus ille immundus in lege, sed iam mundus per gratiam.

AMBROSIVS SERMO.

xlv.

Sed hanc tantā gloriam latroni fides praestitit. Fides enim est, quae peccata cooperit, quae uincit crimina, quae facit de latronibus innocentes. Quamuis enim delinquentium grandis culpa sit, fidei tamen maior est gratia, plus enim credidisse Christo, quam seculo deliquisse, & plenioris est meriti ueniam sperasse de Dño, quam culpam contraxisse de mundo.

Constitu
tū à Deo
ut credēs
sola fide

AMBRO. I. COR. I.

Hoc constitutum est à Deo, ut qui credit in
CHRISTVM saluus sit sine opere SOLA
FIDE

FIDE GRATIS accipiens remissionem *justificatur.*
peccatorum.

AMBRO. LIB. DE BONO
mortis, Cap. xij.

His igitur freti, intrepide pergamus ad redemptiorem nostrum **I E S U M**, intrepide ad Patriarcharum consilium, intrepide ad Abraham Patrem nostrum, cum dies aduenerit, proficiscamur, intrepide pergamus ad illum Sanctorum cœtum, iustorumq; conuentum. Ibimus enim ad Patres nostros, ibimus ad illos nostræ fidei Præceptores, ut etiam si opera desint, fides opituletur, defendatur hæreditas.

AVGVST. DE VERA ET
falsa Pœnitentia, Cap. viij.

Per **FIDEM** enim Ecclesiæ **SOLA M** remittuntur peccata, quæ contraxit homo in origine, ut sicut à Patre peccante damnationem accepit, ita per Matris Ecclesiæ fidem, consequatur remissionem. *Per solam fidem remittuntur peccata.*

MAGENTIVS IN LIBELLO
Fidei.

Quapropter ab Adam nullum nunc usque per naturæ uigorem credimus esse saluum, nisi dono gratiæ spiritus sancti, in fide *Ab Adam nemo nisi fide saluus.*
I ñ nominis *tus.*

nominis I E S V , quia non est aliud nomen
sub cœlo datum hominibus , in quo oportet
teat eos saluos fieri , nisi in nomine I E S V
C H R I S T I .

EVSEBIUS LIBRO III.

Cap. xxvij.

*Ad salutē
sola fides
sufficit.* Custodiendam etiam censent Ebionitæ legi
sola fides sufficit. **S O L A M** Christi existimant **F I D E M**.

BERNHARDVS.

*Tria cre
dere est
necesse.* Necesse est primo omnium credere , quod
remissionem peccatorum habere non possis,
nisi per indulgentiam Dei. Deinde quod nihil
prorsus habere queas operis boni, nisi & hoc
dederit ipse. Postremo quod æternam uitam
nullis potes operibus promereri , nisi gratis
detur & illa.

BERNHARD. SERMO. III.
de Circumcisione.

Nos ergo dilectissimi Christum Iesum di
ligamus, ut uerum hominem, & fratrem nos
strum, honoremus Dei filium, adoremus ut
Deum, secure credamus in eum, secure creda
mus ei nos ipsos Fratres mei, cui nec potestas
deest saluandi nos, cum sit uerus Deus & Dei
Filius: nec bona uoluntas, cum sit tanquam
unus

unus ex nobis uerus homo, & hominis filius,
quomodo nanq; nobis erit inexorabilis, pro
pter quos factus est similis nos passibilis.

BERNHARD. SERMO. III.
de Oratione.

Sed si magis est iniquitas mea, multo maior
est Domine pietas tua: ideoq; cum ad me ip
sum turbata fuerit anima mea, memor sum
multitudinis misericordiae tuae, & respiro
in ea.

*Pietas dei
maior
peccatis
nostris.*

BERNHARD. SERMO. II. DE
tribus Magis.

Propterea rogo uos, intuemini, & uidete,
quam oculata sit fides, quam Lynceos oculos
habeat, diligentius considerate. Cognoscit Dei
filium lactantem, cognoscit in ligno pendens
tem, cognoscit morientem. Siquidem latro in
patibulo, Magi in stabulo cognoscunt. Isti cla
uis infixum, isti pannis inuolutum. Cen
turio uero uitam agnouit in morte, Isti Dei
uirtutem in teneri corporis infirmitate, Ille
summum spiritum in expiratione, isti Dei
uerbum in infantia cognouere. Quicquid illi
sermonibus, isti muneribus consententur. La
tro regem, Centurio Dei filium simul & ho
minem pronunciat.

*Fides
Lynceos
habet o
culos.*

BERNHARD. SERMO. I. IN
octaua Paschae.

I in

Fide

Fides omnia efficit & impetrat.
Heb. 11.

Fide siquidem in Dei filios adoptamur, si-
dem in nobis mundus in maligno positus odit
atque prosequitur. Fide quoque & uincitur,
sicut scriptum est: Sancti per fidem uicerunt
regna. Quid ni attribuatur fidei uictoria, cuius
est etiam uita: Iustus (inquit) ex fide uiuit.
Quoties ergo tentationi resistis, quotiens uin-
cis malignum, noli proprijs tribuere uiribus,
noli in te, sed magis in Dño gloriari. Quando
enim fortis ille armatus tuæ cederet infirmi-
tati.

BERNHARD. SERMO. III. IN
Aduentu.

Tantum dicamus iniquitates nostras, &
iustificabit nos GRATIS, ut gratia commen-
detur. Diligit enim animam, quæ in conspe-
ctu eius & sine intermissione considerat, & si-
ne simulatione dijudicat semetipsam.

BERNHARD. SERMONE
de Daujd.

Sola fide
Sancti
uincunt
omnia
mala.
Matt. 14.

Iactans omnino cogitatum tuum in Do-
mino, & de propria penitus desperans indu-
stria, SOLA FIDE armatus, non reputer
Golix proceritatem, ne forte magnitudinis eius
mole prematur. Nam & Petrus dum nec
uentorum uiolentiam, nec maris profundum
corporisq; pondus consideraret, in uerbo Do-
mini iactans semetipsum, nec perire pouit,
nec

nec timere. At ubi uidit uentum ualidum uenientem, timuit, ipsoq; timore protinus mergi cœpit.

BERNHARD. SERMO. III. DE
septem Misericor.

Deus liberaliter agit, ignoscit plenarie, ita ut propter fiduciam peccatorum (sed poenitentium) ubi abundauit delictum, soleat & gratia superabundare. Testis est Paulus gentium Doctor, qui plus omnibus cum diuina gratia laborauit. Testis est Matthæus de theloneo electus in Apostolū, cui etiam noui Testamēti primum Scriptorem esse donatum est. Testis & Petrus, cui post trinam negationem totius Ecclesiæ pastoralis cura commissa est. Testis deniq; etiam famosissima illa peccatrix, &c.

BERNHARD. SERMO. III. DE
fragmentis septem.

Tria considero, in quibus tota spes mea consistit: charitatem adoptionis, ueritatem promissionis, potestatem redditionis. Murmur etiam quantum uoluerit, inspiens cogitatio mea dicens: Quis enim es tu? aut quanta est illa gloria, quibusue meritis hanc obtinere speras? Et ego fiducialiter respondebo: SCIO CUI CREDIDI, & certus sum quia in charitate nimia adoptauit me, quia uerax in promissione, quia potens in exhibitione

Tria si dem in nobis corroborant.

I iij licet

licet enim ei facere, quod uoluerit. Hic est fun-
niculus triplex, qui difficile rumpitur, quem
nobis à patria nostra in hunc carcerem usque
demissum, firmiter obsecro teneamus, ut ipse
nos subleuet, ipse nos trahat, & pertrahat us-
que ad conspectum gloriæ magni Dei.

BERNHARD. SERMONE
LXI.

Meum proinde meritum, miseratio Do-
mini, non plane sum meriti inops, quam diu
ille miserationum non fuerit, quia si miseri-
cordiæ Domini multæ, multus nihilominus
ego in meritis sum. Quid enim si multorum
mihi sum conscius delictorum? Nempe ubi
abundauit delictum, superabundauit & gra-
tia. Et si misericordiæ Domini ab æterno &
usque in æternum, ego quoque misericordias
Domini in æternum cantabo, nunquid iustis-
cias meas? Domine memorabor iusticiæ tuæ
solius, ipsa est enim & mea.

BERNHARD. IBIDEM SER-
mone lxij.

Quid enim tam efficax ad curanda uulne-
ra conscientiae, nec non ad purgandam men-
tis aciem, quam Christi uulnerum sedula me-
ditatio?

BERNHARD. SERMO. XXIII.
super Cantica,

Stat

Stat propositum Dei, stat sententia pacis su-
per timentes eum, ipsorum & dissimulans mala
& remunerans bona, ut miro modo eis non
modo bona, sed & mala cooperentur in bonum.
O solus uerus beatus, cui non imputauit
Dominus peccatum. Nam qui non habuerit
peccatum? Nemo. Omnes enim peccauerunt,
& omnes egent gloria Dei. Quis tamen accusabit
electos Dei? Sufficit mihi ad omnem iustitiam
solum habere propitium, cui soli peccaui,
omne quod mihi ipse non imputare decreuerit,
sic est quasi non fuerit. Non peccare
Dei iusticia est, hominis iusticia, indulgentia
Dei.

BERNHAR. SERMO. XX:
super Cantica.

Huic securus me credo, qui saluare me uelit,
nouerit, possit, quem quaesit, hunc & uocauit
per gratiam suam, nunquid uenientem eiciet
foras? Sed nec uim nec fraudem metuo profecto
ullam, qui me uidelicet de manu eius possit
eruiere, qui & uincens omnia uicit mortem,
& seductorem uniuersitatis serpentem, arte
utique sanctiore delusit, isto prudentior,
illa potentior.

BERNHARD. SERMO. XXII:
super Cantica.

Quamobrem quisquis pro peccatis com-
punctus

Sola fide iustificati pacem habent. punctus esurit & sicut iusticiam, credat in te, qui iustificas impium, & S O L A M iustificatus per F I D E M pacem habebit ad Deum.

BERNHARDVS SERMO. LXI.
super Cantica.

Requies sanctorum in solis uulneribus Christi.

Et reuera ubi tuta firmaque infirmis securitas & requies, nisi in uulneribus Saluatoris, tanto illic securior habito, quanto ille potentior est ad saluandum. Fremit mundus, premit corpus, Diabolus insidiat, non cedo, fundatus sum supra firmam petram. PECCAVI PECCATVM GRANDE, TURBATVR CONSCIENTIA, SED NON PERTURBABI TUR, QUONIAM VV LNERVM DOMINI RECORDABOR. Nempe uulneratus est propter iniquitates nostras, quid tam ad mortem, quod non Christi morte saluetur. Si ergo in mentem uenerit tam potens tamque efficax medicamentum, nulla iam possum morbi malignitate terreri.

BERNHAR. SERMO. LXI.
super Cantica.

Ex uulneribus Christi petendum quod nobis deest.

Ego uero fidenter quod ex me mihi deest, usurpo mihi ex uisceribus Domini, quoniam misericordia affluunt, nec desunt foramina, per quae effluant. Foderunt manus eius & pedes, latusque lancea forauerunt, & per has rimas

mas licet mihi sugere mel de petra, oleumq; de saxo durissimo, id est, gustare & uidere, quoniam suavis est Dominus.

BERNHARD. SERMO. V IN
uigil. natiuit. Domini.

Nam sibi quidem ipsi fidere, non fidei est, sed perfidiæ est, nec cõfidentæi, sed diffidentæi magis, in semetipso habere fiduciam. Is uero fidelis est, qui nec sibi credit, nec in se sperat, factus sibi tanquam uas perditum, sed sic perens animam suam, ut in uitam æternam custodiat eam.

CYRILLVS IN IOAN. LIB. II.
Cap. I.

Misericors Dominus serpentem ex ære Moisi exaltare iussit, ut ea in re discerent fide salutem sperare: morfu enim serpentis laborantibus, unum erat remedium, exaltatum cum fide serpentem aspicere.

*In fide
tantum
salus spe
randa.*

CYRILLVS LIB. IIII. CAP.
xxiiij. in Ioan.

Vides quomodo à peccatis & à peruia iniquitatis uia nos remouet, ut delictorum remissionem per fidem Christi consequi possimus. Iustificamur enim non ex operibus legis, sed gratia Christi, quæ de sursum nobis per misericordiam Dei concessa est.

Cy

CYRILLVS LIB. IIII. CAP.
xxix. in Ioannem.

*Initium
& funda
mentum
fides in
Christum* Initium enim fundamentum in sanctifica-
tionem atque iusticiam Christus est, per fidem
scilicet, & non aliter, hoc enim modo in nobis
habitat.

CYRILLVS DE TRINITATE
lib. v.

*Fides fa
miliares
not fa cit
Deo,* Iustificati igitur per fidem, pacem habemus
cum Deo, per Christum Dominum nostrum.
Familiars enim facit nos Deo ac Patri fides,
& per Filium nos prope constituit. Iustificat
autem nos secundum uerum & sincerum
sermonem.

GREGORIVS EZECHIE.
Lib. i. Home. vii.

Iustus igitur Aduocatus noster, iustos nos
defendet in iudicio, quia & nosmetipsos co-
gnoscimus & accusamus iniustos. Non er-
go in fletibus, non in actibus nostris, sed in
Aduocati nostri allegatione confidamus.

GLOSSA ORDINA. IN
Epistola Iacobi.

Quod Abraham per fidem sine operibus
iustificatus dicitur, de operibus quæ præcede-
bant,

bant, intelligitur: quia per opera quæ fecit,
iustus non erat, **S E D S O L A F I D E.**

BERNHARD. SERMO,

L.

Nostra si qua est humilis iusticia, recta forsitan, sed non pura, nisi forte meliores nos esse credimus, quod Patres nostros, qui non minus ueraciter, quam humiliter dixerunt. Omnes iusticię nostrę tanquam pannus menstruatę mulieris. Quomodo enim pura iusticia, ubi adhuc non potest culpa deesse?

Pura iusticia nostra in hac uita esse non potest.

Esai. 64.

AVGVST. IN EPISTOLA

ad Gal. Cap. iij.

Ille iustificatur apud Deum, qui eum gratis colit, non scilicet cupiditate appetendi aliquid ab ipso, præter ipsum: aut timore amittendi. In ipso enim solo uera & perfecta nostra beatitudo est. Et quoniam inuisibilis est oculis carnis, fide tantum colitur, quam diu in hac carne uiuimus, sicut dixit: Quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij Dei. Et ipsa est iusticia, quę pertinet, quod dictum est: quia iustus ex fide uiuit. Hinc enim ostendere uoluit, quia in lege nemo iustificatur, quia scriptum est: Iustum ex fide uiuere.

IBIDEM.

Si lex iustificat, non est iustificatus Abraham,
qui

Ex sola
fide anti-
qui iustifi-
cati.

qui multum ante legem fuit. Quod quia dis-
cere non possunt, coguntur fateri, non legis op-
eribus iustificari hominem, sed fide. Simul
etiam nos cogit, intelligere omnes antiquos,
qui iustificati sunt, ex ipsa fide iustificatos esse.

AVGVSTINVS LIB. LXXX.
quæstio. Cap. lxxviii.

Peccatores credere iubentur, ut à peccatis
credendo purgentur. Nesciunt enim quid re-
cte uiuendo uisuri sunt. Quapropter cum ui-
dere non possunt, nisi recte uiuant, nec recte
uiuere ualeant, nisi credant, manifestum est à
fide incipiendum esse, ut præcepta quibus cre-
dentes à seculo hoc auertuntur, cor mundum
faciant, ubi uideri Deus possit. Beati enim
mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt.

AVGVST. LIB. I. AD SIM-
pli. quæst. ij.

Verbum consumans & breuians (inquit)
faciet Dominus super terram, id est, ut com-
pendio fidei per gratiam saluos faciat creden-
tes, non per innumerabiles obseruationes,
quibus illa multitudo seruiliter onerata pre-
mebatur. Per gratiam quippe nobis uerbum
consumans & breuians, fecit super terram,
dicens: Iugum meum leue est, & sarcina mea
suauis. Quod & ad Roma, x. dicitur: Prope
est

est uerbum tuum in ore tuo, & in corde tuo.
Hoc est uerbum fidei, quod prædicamus: quia
si cōfitearis in ore tuo, quia Dominus est I E-
S V S, credideris in corde tuo, quia Deus il-
lum suscitauit a mortuis, saluus erit. Corde
enim creditur ad iusticiam, ore autem con-
fessio fit ad salutem. Hoc est uerbum consu-
mans & breuians, quod fecit Deus super ter-
ram, qua consumatione atque breuitate latro
iustificatus est, qui defixis in cruce omnibus
membris, & habens libera hæc duo, corde cre-
didit ad iusticiam, ore confessus est ad salutem,
statimq; audire meruit, hodie mecum eris in
Paradiso.

AVGVST. DE AGONE
Christiano.

Fides est prima, quæ subiugat animam *Fides sub*
Deo, deinde præcepta uiuendi, quibus custos *iugat ani-*
ditis, spes nostra firmatur, & nutritur charitas *mã Deo.*
& lucere incipit, quod antea tantummodo cre-
debat.

IBIDEM.

Itaque priusquam mens nostra purgetur,
debemus credere, quod intelligere nondum
ualemus: quoniam uerissime dictum est per
Prophetam Esaiam cap. viij. Nisi credideris
eis, non intelligetis. Fides in Ecclesia breuissi-
me traditur, in qua commendantur æterna,
quæ

quæ intelligi à carnalibus nondum possunt,
& temporalia, præterita & futura, quæ pro
salute hominum gessit, & gestura est æternis
tas diuinæ prouidentia. Credamus ergo in
Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Hæc
æterna sunt, & incommutabilia, id est, unus
Deus, unius substantiæ, trinitas æterna, Deus
ex quo omnia, per quem omnia, in quo om
nia.

AVGVSTINVS I. LIB. DE PEC
cato . meritis & remissione,
Cap. xx.

Legimus iustificari in Christo, qui credunt
in eum, Gala. ij. propter occultam communica
tionem & inspirationem gratiæ spiritualis,
qua quisquis adhæret Domino, unus spiritus
est, quamuis eum imitentur & Sancti eius. Les
gatur mihi tale aliquid de his, qui sanctos eius
imitati sunt, utrum quispiam dictus sit iustis
ficatus, in Paulo & Petro, aut in quolibet hor
rum, quorum in Populo Dei magna excellit
auctoritas: nisi quod in Abraham dicimur
benedici, sicut ei dictum est: Benedicentur in te
omnes gentes, propter Christum, qui semen
eius est secundum carnem, quod manifestius
dicitur, cum hoc idem ita dicitur: Benedicen
tur in semine tuo omnes Gentes. Gen. xxij.

AVGVST. DE SPIRITV ET
Litera, Cap. ij.

Iusticia

Iusticia Dei sine lege est, quam Deus per spiritum gratiæ, credenti confert, sine adiutorio legis, hoc est, non adiutus à lege, &c.

Et paulo post.

Quid enim habent quod non acceperunt? Si autem acceperunt, quid gloriantur, quasi non acceperint? Egent itaque gloria Dei. Iustificati enim gratia illius gratis, non autem iustificati per legem, aut per propriam uoluntatem, sed iustificati gratis gratia ipsius, &c. lege reliqua.

IBIDEM CAP. XIII.

Quid intersit inter legem operum, & legem fidei, breuiter dicam. Quod operum lex mandando imperat, hoc fidei lex credendo imperat. Illa dicit: Nō concupisces. Ista dicit: Cum scirem, quia nemo potest esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum, ad h̄ Dominum, & deprecatus sum. Ipsa est illa sapientia, quæ pietas uocatur, qua colitur Pater luminum. Colitur autem sacrificio laudis & gratiarum actionis, ut cultor non in se ipso, sed in illo gloriatur. Ac per hoc lege operum dicit Deus: Fac quod iubeo. Lege fidei dicitur Deo, da quod iubes. Ideo enim iubet lex, ut admoneat, quid faciat fides, id est, ut cui iubetur, si nondum potest, sciat, quid petat; si autem continuo potest, & obediens facit, debet etiã scire, quod donante Deo possit. His consideratis, colligimus non

K iustificari

Gratis si iustificari hominem præceptis bonæ uitæ, nisi
ne operi per fidem Iesu Christi, hoc est, non lege ope
bus iustifi rum, sed lege fidei: non litera, sed spiritu: non
camur. factorum meritis, **SED GRATUITA**
GRATIA,

IBIDEM CAP. XXIX.

Fide Iesu Christi impetramus salutem, & quantum nobis inchoatur in re, & quantum perficienda expectatur in spe. Omnis enim qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Rom. x. Ioh. 1. 12.

**AUGVSTI, DE FIDE ET O
per. Cap. xvi.**

Galat. 5. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est **CHRISTVS IESVS**. Si autem Christus, procul dubio fides Christi. Per fidem enim habitat Christus in cordibus nostris. Porro fides Christi illa utiq; quam definiuit Apostolus, quæ per dilectionem operatur. Non enim fides illa Dæmonū, cum & ipsi credant, & cōtremiscāt, & filium Dei cōfiteantur **IESVM**, potest accipi in fundamentum. Quare: quia non est fides, quæ operatur per dilectionem, sed quæ exprimitur per timorem. Fides itaque Christi, fides gratiæ Christianæ, id est, ea fides, quæ per dilectionem operatur, postea in fundamento, neminem perire permittit.

*Fides ue-
ra nemi-
nem peri-
re per-
mittit.*

AV

AVGVST. DE NATVRA ET
gratia contra Pelagianos. Cap. i.

Finis legis Christus ad iusticiam omni credenti. Qui intelligit hanc iusticiam Dei, non in præcepto legis: quo timor incutitur, sed in adiutorio gratiæ Christi, ad quam solam utilis legis uelut Pædagogi timor ducit, constitutâ esse, ipse intelliget, quare sit Christianus. Nam si per legem iusticia, ergo gratis Christus mortuus est. Si autem non gratis mortuus est, in illo SOLO iustificatur impius, cui credenti in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iusticiam. Rom. 10.

AVGVST. LIB. DE CIVITAT:
Dei. Cap. ij

Quia ipsa mens, cui ratio & intelligentia, naturaliter inest, uitijs quibusdam tenebrosis & ueteribus inualida est, non solum ad inhærendum fruendo, uerumetiam ad perferendum merendo, incommutabile lumē, donec de die in diem renouata atque serenata, fiat tantæ felicitatis capax, fide fuerat primum imbuenda atque purganda. In qua ut fidentius ambularet ad ueritatem, ipsa ueritas Deus, Dei filius, homine assumpto, nō Deo consumpto, eandem constituit, atque fundauit fidem, ut ad Deum iter esset homini, per hominem Deum. Hic est enim Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus.

K ij AV

AVGVST. DE CIVITA. DEI

Lib. xxi. Cap. xxiiij.

1. Cor. i. Iusticia Dei Christus est, qui factus est nobis, ut dicit Apostolus, sapiētia à Deo, & iusticia & sanctificatio, & redemptio, ut sicut scriptum est: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Hęc Dei iusticiam, quam donat gratia sine meritis, nesciunt illi, qui suam iusticiam uolunt constituere, & ideo iusticię Dei, quę Christus est, non subiecti, in qua iusticia & multa multitudine dulcedinis Dei.

AVGVSTINVS LIB. III. CON

tra duas epistolas Pelagianorum

ad Boni. Cap. v.

Nostri fides, hoc est catholica fides, iustus ab iniustis, non operum, sed ipsa fidei lege discernit. Quia iustus ex fide uiuit. Per quam discretionem fit, ut homo ducens uitam sine homicidio, sine furto, sine falso testimonio, sine appetitu rei ullius alienę, parentibus honorem debitum reddens, castus usque ad continentiam, ab omni omnino concubitu etiam coniugali, eleemosynarum largissimus, iniuriarū patientissimus, qui non solum non auferat aliena, sed nec sua reposcat ablata, uel etiā uenditis omnibus suis, erogatisq; in pauperes, nihil suum propriū possideat, cum suis tamen istis, uelut laudabilibus moribus, si non in Deum fidem rectam, & catholicam teneat, de hac uita damnandus abscedat.

NOTA.

IBIDEM

IBIDEM CAP. VII.

Secundum iusticiam, quæ in lege est, se fuisse sine querela, in carne, non in spiritu dicit Apostolus, & iusticiam quæ ex lege est, suam dicit fuisse, non Dei. Intelligendum est igitur, iusticiam legis, non impleri secundum iusticiam, quæ in lege est, uel ex lege, id est, secundum iusticiam hominis, sed secundum iusticiam quæ est in spiritu gratiæ. Et paulo post: Non habens meam iusticiam, quæ ex lege est, sed etiam quæ est per fidem Christi, addidit, quæ est ex Deo. Ipsa est ergo iusticia Dei, quam superbi ignorantes suam uolunt constituere.

AUGUSTINVS LIB. III. CONTRA IULIANUM PELAGIANUM, Cap. iij.

CHRISTVS gratis mortuus est, si homines sine fide Christi, ad ueram fidem, ad uirtutem ueram, ad iusticiam ueram, ad sapientiam ueram, quacunque re alia, quacunque ratione proueniunt, prorsus sicut de lege uerissime ait Apostolus, Gal. ij. Si per legem iusticia, ergo Christus gratis mortuus est: ita uerissime dicitur: Si per naturam uoluntatemque iusticia, ergo Christus gratis mortuus est.

AUGUST. DE SERMO. DOMINI IN MONTE.

Vbi autem sana fides non est, non potest esse

K iij

esse

esse iusticia : quia iustus ex fide uiuit:

AVGVSTINVS DE PACIEN-
tia, Cap. xxi.

Vnde & antiqui iustiantes incarnationem uerbi, in hac fide Christi, & in hac uera iusticia, quod est nobis Christus, iustificati sunt, hoc credentes futurum, quod nos credimus factum. Gratia salui facti sunt per fidem, non ex seipsis, sed Dei dono, non ex operibus, ne forte extollerentur. Bona quippe opera eorum, non praeuenerunt misericordiam Dei, sed secuta sunt. Ipsi quippe audierunt, ipsi scripserunt, longe antequam uenisset Christus in carne. Miserebor cui misertus ero, & misericordiam praestabo, cui misericors fuero.

AVGVST. TRACT. XXV. IN
Euangelium Ioannis.

Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem ille misit. Discernitur quidem ab operibus fides, sicut Apostolus dicit: Iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Et sunt opera, quae uidentur bona sine fide Christi, & non sunt bona, quia non referuntur ad eum finem, ex quo sunt bona. Finis enim legis est Christus, ad iusticiam omni credenti. Ideo noluit discernere ab opere fidem, sed ipsam fidem dixit esse opus Dei. Ipsa est enim, quae per dilectionem operatur. Nec dixit hoc esse opus uestrum, sed hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille, ut qui gloriatur, in Domino gloriatur.

AVGV

AVGVSTI. SERMO. LX. DE
uerbis Domini secundum Ioannem.

De peccato quidem arguet spiritus sanctus mundum, quia in me non credunt. De hoc ergo uno peccato uoluit mundum argui, quod non credunt in eum uidelicet, & quia in eum credendo, cuncta peccata soluuntur. Hoc unū imputari uoluit, quo cætera colliguntur. Et quia credendo nascuntur ex Deo, & filij Dei fiunt. Dedit enim (inquit) illis potestatem filios Dei fieri, credentibus in eum. Qui ergo credit in filium Dei, in quantum adhæret illi, & fit etiam ipse per adoptionem filius, & hæres Dei, coheres autem Christi, in tantum non peccat. Vnde dicit Ioannes: Qui natus est ex Deo, non peccat, & ideo peccatum unde mundus arguitur, hoc est, quod non credunt in eum.

AVGVST. EPIST. CVII. AD
Vitalem.

Quoniam sicut uerissime dicit scriptura, omne quod non est ex fide, peccatum est. Et sine Rom. 14.
fide impossibile est utique placere Deo, non hominibus, nihil sic agit hic princeps, quam ut Heb. 11.
non credatur in Deum, nec ad Mediatorem, a quo soluuntur opera eius, credendo ueniatur.

AVGVSTINVS IN PSALM.
XLIX.

K iij Congres

Congregate illi iustos eius. Quos iustos:
nisi uenientes ex fide: facientes opera misericordie:
Etenim opera illa, opera iusticie sunt.

**AVGVSTINVS IN PSALM.
CIII.**

Abraham concupiuit uidere diem meum,
& uidit. & gauisus est. Non enim quisquam
præter istam fidem, quæ est in Christo Iesu, si
ue ante eius incarnationem, siue postea recon
ciliatus sit Deo: cum sit ab Apostolo ueracis
sime diffinitum, unus Deus, & unus mediator
Dei & hominum, homo Christus Iesus.

**AVGVST. DE VERBIS APO
stoli Petri, sermo. xxvij.**

Initium bonæ uitæ, cui uita etiam æterna
debetur, recta fides est. Est autem fides credere
quod nondum uides, cuius fidei merces est, ui
dere quod credis. Tempore igitur fidei, tan
quam tempore sementis, non deficiamus, &
usque in finem non deficiamus: sed perseuere
mus, donec quod seminauerimus, metamus.

**AVGVST. SERMO. CLXXXI.
de tempore.**

Aliud est credere illi, aliud credere illum, al
liud credere in illum. Credere illi, est credere ue
ra esse quæ loquitur. Credere illum, credere
quia

quia ipse Deus est. Credere in illum, diligere illum. Credere uera esse quæ loquitur, multi & mali possunt. Credunt enim esse uera, & nolunt ea facere sua, quia ad hoc pedum pigri sunt. Credere ipsum esse Deum, hoc & dæmones possunt. **C R E D E R E** uero in Deum, soli nouerunt, qui diligunt illum, qui non solum nomine Christiani sunt, sed & factis & uita, quia sine dilectione fides inanis est.

AVGVST. II. QVINQVAGEN.
Psalm. lxx. in Prologo.

Ergo in tua iusticia, nō in mea. Quia mea quid præcepit iniquitas. Et cum ero iustus, tua iusticia erit, quia iusticia mihi abs te data, iustus ero: & sic erit mea, ut tua sit, id est, abs te mihi data. In eum enim credo, qui iustificat impium, ut deputetur fides mea ad iusticiam. Erit ergo & sic iusticia mea, non tamen tanquam propria mea, non tanquam à meipso mihi data, sicut putabant illi, qui super literam gloriabantur, & gratiam respuebant.

AVGVSTI. DE SPIRITV ET
Litera, Cap. xi.

Hæc est iusticia Dei, quæ in ueteri Testamento uelata, in nouo reuelatur. Quæ ideo Dei iusticia dicitur, quod impertiendo eam iustos faciat. Sicut Domini est salus, qui saluos facit, & hæc est fides, ex qua & in qua reuelatur

K v

ex



ex fide scilicet annunciantium, in fidem obedientium. Qua fide Iesu Christi, credimus ex Deo nobis esse, pleniusque futurum esse, quod iuste uiuimus. Vnde & illi à pietate, qua solus colendus est, gratias agimus.

CHRYSOST. III. ORATIO:
aduersus Iudæos.

Annunciaui iusticiam in Ecclesia magna. Quid hoc est, annunciaui iusticiam in Ecclesia magna? Non dixit dedi, sed annunciaui. Quid tandem igitur? non ex benefactis, nec laboribus, nec pensatione: sed ex SOLA gratia iustificauit genus nostrum: quod & Paulus declarans, dicit: Nunc autem absque lege, iusticia Dei manifestata est, iusticia autem Dei, per fidem Iesu Christi, non per ullum sudorem aut laborem.

CHRYSOSTOM. HOMELIA III.
in Matthæum Cap. i.

Noli te putare quicquã fecisse, cum feceris, & plenissime cuncta fecisti. Si enim etiam cū peccatores sumus, hoc nos arbitrando quod sumus, iustificamur, sicut etiam publicanus. Quanto magis, si nunc iusti fuerimus, esse nos peccatores tantum putemus?

CHRYSOST. HOME. XXXIII.
in Cap. Matth. ix.

Præterea ne quis obijcere queat, si misericordia



cordia sola saluos faciebat, cur non omnes saluos fecit: Habet enim profecto ipsa misericordia quandam rationem, quoniam in eorū fide qui saluantur, radices agere solet: nec his de causis tantummodo fidem ab eis petit, uerum etiam quoniam filium Dauid ipsum appellabant, ad altius atque sublimius reducere uolens, ut dignam de ipso existimationem, rectumque iudicium facerent, interrogauit: Creditis, quia possum hoc facere?

CHRYSOST. HOMEL. XXXII.
in Ioannem. Cap. iij.

Vbique fide nobis opus est dilectissimi: fide inquam bonorum matre, salutis medicina, sine Fides bonorum matre. ne qua nullam magnarum rerum doctrinam percipere quisquam potest, sed illis similis, qui sine naue pelagus transnare aggressi, parum prouecti, lassatis manibus pedibusque fluctibus continuo obruuntur: neque aliter qui suis nituntur rationibus ante cognitam ueritatem, (ut Paulus ait) naufragium faciunt, quam quidam repellentes circa fidē naufragauerūt. 1. Tim. 2.

CHRYSOST. HOME. LXII. IN
Ioannem. Cap. xi.

Nonne dixi tibi, quod si credideris, uidebis gloriam Dei: Magnum namque bonum est fides, magnum inquam, & bonorum multorum causa, ut Dei opera homines facere possint in nomine illius.

IBI

IBIDEM.

Magnum igitur bonum est FIDES, cum a uehementi amore & flagranti animo procedit: ipsa sapientes nos indicat, ipsa humanam detegit humilitatem, & inferius omissis rationibus, de coelestibus disputat, & quod humana sapientia inuenire non potest, in quo deficit, hoc fides dirigit, hoc docet. Hanc igitur complectamur, neque rationibus distrahamur. Cur gentiles nihil inuenire possunt, dic quæso? Nonne externam omnem nouere sapientiam? Vnde ergo Piscatores, & tentorium opifices, & indoctos superare non potuerunt. Quoniam illi rationibus, hi fide omnia perficiebant.

CHRYSOSTOM. HOMELIA II. in Epistolam ad Philemonem.

Vt (inquit) societas fidei tuæ efficax sit, in agnitione omnis boni, quod in uobis est in Christo Iesu. Hoc est, ut omnem uirtutis speciem impleas, nihilque tibi deesse patiaris. Ita enim fides efficax est, si habeat opera. Nam sine operibus fides mortua est. Nec ait fides tua, sed societas fidei tuæ, illum sibi ipsi coniungens & unum corpus ostendens, atque hoc ipso illum maxime aptissimeque conueniens. Si socius es (inquit) in FIDE, debes esse & in cæteris socius.

CHRYSOST. HOMEL. XXII. in Cap. ad Hebræos, xi.

In

In Abel(inquit) aspexit, & in hostias eius.
In Syrorum autem lingua & igni uithabet, cū
& in uerbis & in operibus eius testificatus sit
de iusticia, & cum eum propter se extinctum
uideret, nec dum retribuit, sed adhuc sic di-
misit. Nostræ autem res non tales sunt, quo-
modo inquit? Qui enim & exempla multa ha-
bemus & hortamenta, atque consolationes,
decem millia & signa & miracula facta. Pro-
inde illud erat uera fides. Quæ enim miracula
ille uidit, ut crederet, quia erit à Deo aliqua re-
tributio bonorum? Nonne ex FIDE SOLA
habuit hanc uirtutem?

CHRYSOST. IN SERMONE
de fide & lege naturæ &
spiritu sancto.

Enimuero cum olim Iudæi dicerent Do-
mino, quid faciemus, ut operemur opera Dei?
Respondit eis: Hoc est opus Dei, ut credatis in
eum, quem misit ille. Vides quomodo fidem
opus uocauit? Igitur quamprimū credideris,
simul & operibus ornatus eris. Non quod des-
sint opera, sed per se ipsam fides plena est ope-
ribus bonis. Opera quidem erga homines, &
ex hominibus sunt. FIDES autem ex homini-
bus erga Deum. Fides eum qui conuertitur,
ciuem cœlorum declarat. Fides hominem, qui
terrenus est, Deo familiarem efficit.

NIHIL ENIM EX
TRA FIDEM
BONVM.

*

PSALM. CXVIII.
Fortitudo mea & laus mea
Dominus,



EXCVDEBATUR IN
celebri Germaniæ Noriberga
typis Gabrielis Heyn
Iunioris, Ioannis
Petrei ge-
neri.

Anno incarnati uerbi

M. D. LVI.

Mense Ianuario.

EXCVADEBANTUR IN

ecclesia Germaniae Norimbergae

episcopi Gabrielis de

Germaniae Joannis

Petri de

hinc

Anno incantationis

M. D. LVI.

Die 1. Januarii



155.003

AB 155.003

La
e
a.
102
est
lin.
tur
ento

ULB Halle 3
004 851 218






Vogel

Friede

Pl...

Am...

Call...



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
								
								

LA
ANTE
THO
nem.

S. PA-
criptorum
tur, quod
gratia
ne

Anno

